nem. lac efficiunt quod magis soluat: si inter coquendū ficulneō  
surculo spathē loco moueatur. De grossis. Cap. clxxxv.

**G**rossi quae erinei non nullis vocantur: cocta illite & struas  
nodosq; omnes emolliunt. Crude formicantes verrucas &  
thymos nitro farinaq; additis tollunt. Folia eadem possunt. Illita  
cum sale & aceto ulcera in capite manantia. epinyctidas. & furfu-  
res sanant. sis ficose extuberationes. & genarum scabriæ perfricā-  
tur. Nigræ ficus foliis caulinisq; candide vitiligines punguntur.  
faciunt ad canū morsus & ulcera: q; ceria id est fauosa vocat. grossi cū  
sylvestris papaueris foliis ossa extrahunt. furunculos cum cera  
discutunt. contra mtris aranei morsus. & scolopendre venena cū  
erno & viño illitæ auxiliatur. Fit ex cinere fucus tā sylvestris q; sati-  
ue lixiuum crematis ramorum caulinis: quod subinde macera-  
ri opus est & inueterascere. Si quidem inter caustica intelligitur.  
Gagrenis prodest. nāq; expurgat: & consumit quæ excrescut: quo  
vtendum ita est. sponsia assidue hoc lixiuio imbuta supponit.  
interdum dysentericis. & in fluctiōes vetustas. & sin? cuniculatim  
exedentes magnosq; instillari conueniet. etenim purgat. congluti-  
nat. carne replet. & oras cōmittit. nō secus atq; emplastra quæ crn-  
entis vulnerib; insciuntur. enhæma vocat. Bibitur ad discutieñ  
sanguinem concretū & contra precipitatiōes. rupta. conuulta cū  
cyatho aquæ recenter colatū addito olei exiguo. coelacis. dysente-  
ricis p se cyathus prodest. neuromi vitiis. convulsionibus cōmo-  
de illinitur ex oleo: vt pote quod sudores moueat. aduersus gypsi  
potum & phalægorum morsus bibitur. hæc eadē præstat reliqua  
lixinia p̄sertim querendum. omnia tamen adstringunt.

De perse. Cap. clxxxvi.

**P**ersea arbor est in ægypto fructum ferens cibo idoneum. sto-  
macho utile. in quo phalægia crano colapta nomine inueniū-  
tur presertim in thebaide. Arida folia illitu sanguinis eruptiōes  
sistunt. arborem hanc p̄liderunt aliqui in perside exitiosam esse:  
translataq; in ægyptum mutata natura in cibos receptam.

De iberide. Cap. clxxxvii.

**I**beris siue cardaniatica folia habet nasturci vere virentia. cau-  
lem cubitalem aut minorem. in incultis nascitur. estate lacte

Liber secundus.

um florē promit, quo tēpore efficacior est. radices duas nasturcio similes habet calfaciētes & adurētes. ipse enim ischiadicis, cū falsa axungia emplastro vtiles quaternis horis alligate: vt dein i balneas descendatur: & postea oleo cum lana locus perungatur.

De halicacabo. Cap. cxxxviii.

**H**alicacabū aliqui dirceon, alii strychnon, alii quod insanīa faceret manicon, alii dorychnion quod cuspides eo tingentur appellauere. romani apollinarem minorē: aut vlticanam herbam, alii opsginē, dacī cocalidam, aphri cācaban. frutex est multos habens ramos fractū peruvicaces, surculosos, folia plurime, pinguis, cotonex malo similia, florem rubrū, a cinum in foliculis paruis croceum, ciceris magnitudine, semina quina sena ve erui modo rotunda, nascitur in petris non pcul a mari, huius succus cum vino potū drachmē pondere somnum cōciliat, vt papaueris opū, semē, vrinā cit, datur hydropiscis duodecimi corymbi, plures aut potimentis alienationem creant, remedio est aqua mulsa copiosa potui data, succus & cortex miscentur pastillis, qui doloris sensum auferunt, decoctum in vino si in ore cōtineatur, dentium dolorem mitigat, radicis succum melle illitus oculorum hebetudines discutit.

FINIS.

LIBER SECUNDVS.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBEI DE:

medicinali materia liber secundus, Ioanneruello suessio  
nensi interprete.



N primo charissime ari libro: quem de medicinali materia condidimus, de aroinatibus, oleis, vnguentis, arboribus, & iuuentibus in eis sucis, lachrymis, seminisq; disseruimus. In hoc aut secundo de animatis, melle, lacte, adipi, frumentis, atq; oleribus explicabimus: subiectis herbaceis quae acri p̄dita sunt facultate: vt pote que cū ipsis cognatione iuncta sint, qualia alliū, ccpa, synapi, intelliguntur. idq; ideo: ne cognatorū vires dissipuisse videantur.

De aquatili echino. Cap. i.

**M**arinus echinus stomacho ventricq; vtilis est, vrinam cit. Huius testa recens inassata cōmode medicamentis amimscetur;

De medicinali materia.

que psotas abstergunt. Cremate vero cinis sordida vlcera expurgat. Luxuria otem carnem reprimit.

De terrestri herinaco. Cap. ii.

**T**errestris herinacci corium combustum alopecius cum pice li-  
quida aptissime illinitur. Assicatum corpus & cū aceto mul-  
so potum reno vitiis auxilio est. Item aquæ que cutem subit. con-  
tulsionibus. elephantiae. & male habitis quos cachectos vocant.  
Vlcerum fluctiones exsiccat. Eiusdem iecur testa insolata arefa-  
ctum ad eosdem usus utilissime reconditur.

De hippocampo. Cap. iii.

**H**ippocampus marinu animal est exiguum. cuius cremati cinis  
cū liquida pice aut axungia seu amaracino vnguento illitus  
alopecias replet. De purpura. Cap. iv.

**P**urpura vista exsiccat. dentes abstergit. ex crescentias in carne  
cohabet. vlcera purgat: et ad cicatricem perducit.

De buccinis. Cap. v.

**E**adem prestant concremata buccina: sed vehementi vru. si quis salis plena fistulis crudo adurat: dentifricio contueniunt. Ambustis utiliter illinuntur: quibus solni medicamentu non opor-  
tet. nam postea quam vulnus cicatricem duxerit: ipsum in teste modum induratum sponte sua decidet. Fit etiam calx e buccini-  
nis: vt in eius mentione demonstrabimus.

De ionii. Cap. vi.

**I**onia vocatur purpuratu buccinorumq; media: qua parte te-  
ste volumen claviculatum ita quiescit. Cremata similis modo ma-  
lorem purpuris buccinisq; facultatem vrendi consequuntur: vt  
pote cum ea parte eorum natura prematur. Buccinoru carnes ori-  
grat: sunt & stomacho utiles: sed aliquid non molliunt.

De myacibus. Cap. vii.

**M**yaces laudatissimi in ponto. cremati eundem buccinis effe-  
ctum prebent. Primitam plumbi more eloti oculoru medicamen-  
tis cum melle utiles habentur. genarum crassitudines absur-  
munt. albugines purgat: & cetera que oculis caliginem offundunt.  
Carnes eorum ad canis morsus utilissime imponuntur.

De tellinis. Cap. viii.

**T**ellentes telline alio utiles: sed maxime suis earum. Salitæ vru-  
tur: tritæq; in cinerem & cum cedria instillatae anullos pilos

35

## Liber primus.

renasci non patiuntur. De chamis. Ca. ix.  
**Q**Hamatum conchularumq; in exigua aqua decoctarum ius  
calium ciet. id cum vino assumitur.

De onychē: Cap. x.

**O**Nyx conchylii tegumentum est ei simile: quo purpura inter-  
igitur. quod in Indiē nardiferis lacubus inuenit: suanē ideo  
spirans odorem. q; conchyliia inib; nardi pabulo vescantur: collis-  
gitur posteaq; stagnantes aquę aestinis squalloribus inaruerunt.  
Laudatissimus qui a rubro mari defertur cādicans. pinguis. Baby-  
lonicus nigriscit: atq; minor cōspicitur. ambo odoris gratia suffi-  
untur: sed aliquaten⁹ castoreū olent. idem suffitū excitant foemī  
nas vulnē strāgulati oppresas comitialesq; poti ventrē molliūt.  
Crematū conchyliū leadem efficit que purpura & buccinum.

De cochleis. Cap. xi.

**T**errestres cochleæ stomacho vtiles sunt: & nō facile corrūpu-  
tur. optimē sardonice. aphyricæ. astypaleicæ. & que in sicilia.  
chio. & liguriæ alpibus gignuntur pomatiæ id est operculares  
cognominatæ. Marina stomacho idonea: & facile alio excerni-  
tur. Fluuiatilis virus olet. Que vero vepribus frutetisq; glutinata  
coheret: quam vocant notinulli cesilio: ventrem & stomachū  
turbat. Vomitiones excitat. crematæ omnium testæ ex calcaciēdī  
& vendiliaturam sortiuntur. purgant lepras. vitiligines. dentes  
q; emendant oculorū cicatrices. & vītia cutis in facie. albugines.  
ac vīsus hebetudines: si vīte triteq; ex melle illuantur. Crudæ cū  
tegumentis impositæ aquę inter cutem tumorē exigunt. sed nō  
ante soluātur q; omnis hauriatur humor. podagrīcas inflāmatio-  
nes leniunt. impactos corpori aculeos illitē euocant. menses trī-  
tæ & admotæ ciunt. Carnes carum cum thure & myrrha illitæ cū  
vulnera alia: tū maxime que nerui acceperunt. conglutinat. Trītæ  
in aceto sanguinē naribus erumpentē infrēnant. Viuæ corpus &  
pr̄sertim africanæ cum aceto deuoratum stomachi dolores mi-  
tigat. trīta cum testa vino & myrrha si exigūt inde bibatur: colicæ  
sicq; cruciat saniat. terresris pilos incommodos replicat: si q;  
abraso acu lentore pilum attingat.

De canceris. Cap. xii.

**Q**Ancrorum fluuiatilium exustorum cinis qui duo cochlea-  
ria expleaf. adlecto consumili radicis gentianæ modo. triduo

De medicinali materia.

potus cum vino magnopere pdestcanis rabiosi morsibus. rimas pedum sedisq; perniciulos. & carcinomata. cū decocto melle lenit. triti crudi. potiq; ex astinno lacte. auxiliatur contra serpentū phalangiorūq; morsus. atq; scorponum ictus. decocti aut & cum iure esitati. iis prosunt qui tabe cōficiuntur. aut leporem marinū hauserunt. necant scorpiones triti & cum ocimo admoti. possunt eadem marinī. verum inefficacius omnia prestant.

De terrestri scorpione. Cap. xiii.

**T**errestris scorpio tritus & impositis suæ plaqæ remedium ē. quin inuenitur assatus ad eadem prodesse.

De marino scorpione. Cap. xv.

**M**arinis scorpionis fel conuenit ad suffusiones oculorum albunes. & hebetudines.

De draconе marinō. Cap. xv.

**D**raco marinns replicatus atq; impositis ictus spine suæ quaferit. medela est. De scolopendra. Cap. xvi.

**S**colopendra in oleo decocta si illinatur auellit capillos. sed contactu pruritus facit.

De torpedine pisce. Cap. xvii.

**M**arina torpedo dinturnis capitis doloribus admota cruciatus vehementiā mulcet. eadem apposita conuersam sedē p̄ciduamq; coecet. De viperinis carnibus. Ca. xviii.

**V**iperinæ carnes si coctæ edantur. claritatem oculis afferunt. ineruorū vitiis auxiliantur. in crescentes strumas reprimentiunt. detracta autem cuncte caput caudaq;: quoniā carne vacant: amputari debent. Quippe commentitium est quod precipitur: certam vtrinq; mensuram precidi oportere. Reliquum vero corporis elossum dissectuq; discoquuntur cū oleo. vino. salis exiguo. & anetho. Aintiis qui viperas esitent: pediculos p̄creari: quod plane a veritate abhorret. adiiciunt aliqui longani senectutez agere: qui cibō vescuntur. Salex eis ad eadem conficitur: sed inefficacior ē. viue autem vîpera in fistule nouū demittitur. adiiciuntur salis caricarūq; tritæ singulatim quinq; sextarii. mellis cyathi sex. mox fistulis operculum luto oblinitur: & fornicib⁹ in asperatur: donec sal in carbones redigatur. qui postea tritus in pilueris faciem reconditur. plerumq; quo stomacho gravior fiat: imminiscetur nardi spica. aut folium. aut malabathri momentum.

De senecta anguini. Cap. xix.

**S**enectus anguini in vino decocta dolori auriū infusū. & dentium collutione auxilio est. Addunt carmin medicamenta oculorum sed precipue vīperinam.

De lepore marino. Cap. xx.

**L**epus marinus lolligini paruē similis est: qui per sese trit⁹ aut cum vītica illitus capillos enellit.

De lepore terrestri. Cap. xxii.

**T**errestris leporis inassatū cerebrum manditur suuandis tremitoribus: qui valetudine contracti sunt. Affrictu aut cibo factile infantibus dentitionem prestat. Exstum caput & cu⁹ adipe vīsino aut acetō illitū alopecia & inanitatibus medetur. Leporis num coagulum post triduum a concubitu potum conceptū adimere: partusq; spēni intercipere pditur. Vulne & alui fluorē sisst. comitiales iuuat. contra velella ex acetō bibitur: p̄fertim aduersus concretū lac & viperarum morsus. Sanguis eius si calidus illatur: vitia cutis in facie. vitiliginem. lentiginesq; sanat.

De pastinaca. Cap. xxiii.

**M**arinę pastinacę radius qui eius cauda enat⁹ aduersis squam mis reflectitur: dentū dolorē mitigat. nā eos frāgit & euocat.

De sepia. Cap. xxiiii.

**S**epie coctæ comedunt atramentum ægre concoquuntur. Aliū mollit. collyrii e testa facti conuenienter genarum scabriciæ perflicantur. vīstum in sua testa donec id quod erustosum est abscedat: postea tritum. expurgat vitilgines. furfures. dentes. & vitia cutis in facie. Elotium in medicamenta oculorum addi solet. contra albugines oculis humentorum efficaciter inspuitur. pterygia oculorum absunt cum sale tritum & iniectum.

De mulo pisce. Cap. xxv.

**M**ylorum assiduo cib⁹ aciem oculorum hebetari cōstat. is marin⁹ draconis. aranei. ac scorpioni morsibus medetur: si crudus atq; dissecatus admoueatur.

De testibus hippopotami. Ca. xxv.

**H**ippopotami testes exiccati ac triti cōtra serpentium morsus bibuntur. De fibrinis testibus. Cap. xxvi.

**E**ber ancipitis vite animal plerunq; cū piscibus & cancris ex aqua victū capescit. Hui⁹ testes serpentū venenos aduersantur.

De medicinali materia.

sternutamenta mouent. & in uniuersum varios obtinent usus. si quidem menses ac partus ciunt duabus drachmis cu[m] pulegio poti. secundas quoq[ue] eiiciunt. Contra inflationes. tormina. singultus. venena. ixiamq[ue] ex aceto bibuntur. lethargicos & vt cumq[ue] veter no obdormiscentes excitant infusi. cum aceto alitem & rosaceo olfactu & odoris suffitu idem faciunt. poti & illiti prostant tremulis. conuulsionibus. & omnibus neruorum vitiis. In summa calfa etoriam vim habent. eligi debent testes qui ex uno ortu connecti sunt. fieri enim non potest: vt gemini folliculi in una membrana coniuncti reperiantur. Liquore intus veluti mellis cerosi odoris grauis. gustu acri. mordente. ac frigido. naturalib[us] tunicis circuata. que fraude aliqui corrumpunt coiicientes in follem gumi aut ammoniacum cu[m] sanguine & castorlo subastum: & ita exiccatas. Vanum est quod traditur: testes ab ipsis euelli: & a se abici: quinque venati virginatur. siquidem tangi nequeunt: ita vt in suę substricti. opere autem precium est disuisa pelle melleū liquorem cum eueste tunica assumere: & siccatum potuisse dare.

De vulgari mustela. Cap. xxvii.

**M**ustela que in donibus nostris oberrat: ambusta exenteratur: & inueterata sale in umbra siccatur. Ea binis drachmis cum vino pota aduersus omnia serpentium venena presentaneo est remedio. toxico similis sumpta modo resilit. Eius ventriculus coriandro fæctus inueteratusq[ue] percussis a serpente & comitialis bus potu auxiliatur. Cremata in fistili podagrīis confert cinere ex aceto illito. sanguine peruncte strumæ iuantur. comitialisbus etiam prodest.

De ranis: Cap. xxviii.

**O**ntra omnium serpentium venena p[er] antidoto sunt ranas: si ex sale & oleo decocte edantur. iusq[ue] earum itidem sorbeatur. Contra inueteratos tendonum rigores pollent. illitus earum cinis p[ro]flu entis sanguinis impetus sistit. explendis alopeciaq[ue] inanitatibus ex liquida pice illinitur. Viridiū ranarum crux auilllos genis pl[us] los renasci prohibet in vestigia eulorum instillatus. decoctæ in aceto & aqua dentium dolores collutione leniunt.

De Fele. Cap. xxix.

**R**ecens felis in cibo nutrit: & facilem præbet aluum. sale vero conditus non suppeditat alimentum. arteria expurgat. & vomem expedit. illita saliti caro aculeos extrahit. Muria eius incipit

tibus dysenteris prodest: si in desidentium fatus adiiciatur. fluctio-  
nes siquidem ad summa cutis elicunt. ischiadicis infusa medetur.

De cerro pisce. Cap. xxx.

**Q**uerri saliti caput existum excrecentes ulcerum oras puluis-  
losque reprimit. nomas cohabet. thymos clausosque absunt.  
caro non seccus atque falsamentum prodest a scorpione percussis  
aut a cane demorsis.

De nixenis. Cap. xxxi.

**M**enarum excapitibus cinis si illinatur: callosas sedis rimas abo-  
let. eius etiam garrum corporis putredines collutioe sedat.

De gobio. Cap. xxxii.

**G**obius recens in suillum ventre coniectus si consulta rima in  
diuodecim aquae sextariis donec duo supersint decoquatur: &  
sub diuino refrigeratus potui detur: alius sine molestia delicitur.  
illitus contra serpentium canumque morsus auxilio est.

De thunno. Cap. xxxiii.

**Q**onditanei thunni caro quam omiotharicon vocat sumpta:  
cisis auxiliatur: quos viperam nomine prester monorderit. Sz  
oportet vinumque plurimum subinde cogantur haurire: ita ut vo-  
mitione reddatur. contra acrimonias esitatorum maxime valet.  
canum morsibus utilissime illinitur.

De garro. Cap. xxxiv.

**G**arrum omne: quod ex piscibus carnibusque sale maceratis li-  
quani est: illitu depascitia ulcera sisit. morsis a cane medes-  
tur. dysentericis atque ischiadicis infunditur. non nullis ut exulcerata  
adurat. aliis aut ad lacestenda que ulcera non senserunt.

De iure pisceum. Cap. xxxv.

**B**acentium piscium ius modo per se modo ex vino potu almu-  
subducit. Privatum ad hunculum conficitur e gobis. & scor-  
pionibus. & tulide. & percis. & recentibus allis saxatilibus nec vir-  
recipientibus: simpliciter cum aqua oleo & anetho.

De cimicibus lectulariis. Cap. xxxvi.

**Q**uinices qui in cubilibus enascuntur caulis fabarum inclusi si  
ante febrium significatiōes septenī deuorentur: quartanis  
auxilio sunt. Et citra fabas illiti percussis ab aspide prosunt. vulua-  
rum examinationes olfactu reuocant. poti cum vino aut aceto  
adhærentes sanguisugas abigunt. Triti & yrinarię fistulæ impositi

De medicinali materia.

strangutia leuat. De millepeda. Cap. xxxvii.

**M**illepede que sub aquario vase stabulatur: animalia sunt in multis pedibus nitentia: quod contacta manu contractantur in orbem. Hæ ex vino potestate difficili urinæ & regio morbo auxiliatur. millepedes illini anginis utillissimi. Tritæ & in cortice malo punici calfactæ doloribus aurum addito rosaceo conuenienter instillatur.

De blatta pistrinaria. Cap. xxxviii.

**B**latte eius que in pistrinis fuerit: interanea trita aut cum oleo decocta: aurum dolores instillatu mitigant.

De pulmone marino. Cap. xxxix.

**P**odagras perniones quemadat pulmo marinæ recens tritus & illitus. De Stillo pulmone. Cap. xl.

**V**illus & agminius vrsinusque pulmo impositu intertrigines ab aquis contractas ab inflammatione tuerit.

De vulpino pulmone. Cap. xli.

**V**ulmo vulpis si arefactus bibatur: suspiriolos adiuuat. Adeps quoque liquefactus infususque auris dolorem finit.

De asinino iocinere. Cap. xlii.

**A**sini fecur inassatum esu comitalibus prodest. Verum tamen ieiunis edendum præcipitur.

De genitali cerui matris. Cap. xliii.

**G**enitale masculi cerui tritum & in vino potum a viperæ de mortis auxiliatur.

De vngula asini. Cap. xliiii.

**V**ngulae asini cinis per dies multos binis cochlearibz potus perditur comitiales adiuuare. Eadem oleo subacte struinas discutiunt. & illitez pernionibus medentur.

De lichenibus equorum. Cap. xlvi.

**L**ichenes sunt in equorum genibz: & super vngulas indurati calli: qui triti & in aceto poti comitalibus mederi traduntur.

De vngula capre. Cap. xlviij.

**V**ngulari caprinæ clivere puncte ex aceto alopecie sanatur. De caprino iocinere. Cap. xlvi.

**A**pri inassati iocineris decidua sanie inungit hirsutos potest: & dum coquitur apertos oculos vaporari. caries assas vesic pergit. Tradunt hirsutini iocineris cibo comitiales deprehendi.

De apri iocinere. Cap. xlviij.

**T**ecum apri recens si arcatum teratur: ex vino potum contra serpentium volucrumq; morsus auxilio est.

De cane rabioso. Cap. xlvi.

**T**ecum canis qui rabie exagitatur ab eius sumptum ne tentur metu aquae tueri creditur. Utuntur autem ad arcenos aquae paiores dente eo: qui caninus dicitur. hunc a cane qui momordit exemptu & folliculo inditum p annuleto brachio adnectunt.

De soleis veteranientariis. Cap. l.

**U**teris soleae cremaiae illitus cinis amibusta ignis intertrigies. necnon calciamen torum attritus sanat.

De mergi iocinere. Cap. li.

**S**iccatum mergi fecur & ex hydromelite binis cochlearib; potum secundas expellit.

De gallina. Cap. lii.

**O**ssecte galline & adhuc calentes apposite serpentium morsibus auxiliantur: sed identidem alias sufficere oportet.

De gallinaceo cerebello. Cap. liii.

**G**allinarum cerebellum in vino bibendum datur contra serpentium morsus. Sanguinem a cerebri membra profluente silit. subdita autem ventriculo galli membrana cornu non absimilis cuius pellis in decoctionibus detrahi solet: siccatur: tritagi in vino conuenientissime stomachicis datur in potu. Ius e vertice gallinaceo aluum soluit. abiectis itaq; interaneis salem confici oportet: & consuto ventre decoqui in viginti sextariis aquae: donec ad treis heminas redigantur. totum id refrigeratum subdio datur. Aliqui incoquunt olus marinum. mercuriale. cnicum. aut filiculam. crudos humores crassosq; atrabilis & strigamenta elicit. prodest longis febris. suspiriis. articulariis morbis & inflationibus stomachi. Eorum venter sale conditus & in umbra siccatus contra exintias vacuationes medicamentorum trium drachmarum pondere praesenti est auxilio: quandoquidem protinus delectiones cohibet. ter autem debet in farinam & aqua subactus dari.

De ouorum natura. Cap. liiii.

**O**rum molliculū plus alit sordili: & durum plus molli. luteumoni contra oculos & dolores utile est. In assatū sedis inflamatio vibus prodest cum croco & rosaceo. & cōdylomatis cū meliloto.

cap. liii.

De medicinali materia.

Cum vua autem fruticis eius quē rhoa dicunt: & galla in patinis  
frigitur: ut cibo aluos sistat. per se etiam offerri solet.

De candido ouī. Cap. lv.

**Q**uidam ouī crudū refrigerat. spiramenta cutis obstruit. in  
flammationes oculorum infusum lenit. ambusta si statim eo  
perungantur pustulas non sentiunt. faciem a solis adustione tue  
tur. Fronti impositum cum thure fluctiones arcet: auertitq; in  
flammationes oculorum lana exceptum addito rosaceo melle &  
vino mitigat. Utilem contra hemorrhoidum mortis crudum  
forbetur. Summe tepidum prodest vesicæ rosionibus. renū exul-  
cerationibus. faucium scabriç. reiectionibus sanguinib; destillatio-  
nibus. & thoracis rheumatismis.

De cicadis. Cap. lvi.

**O**icadæ quæ inassate manduntur: vesicæ doloribus prosunt.  
De locustis. Cap. lvii.

**L**ocustæ odoris suffitu vrinæ difficultates adiuuant: præsertim  
quæ foeminas male habent. carum carnes nullo sunt vñi.  
Est & quoddam genus locustæ quæ assiracos aut onos dicitur. sine  
pennis. prælongis membris. exiccatæ autem si ex vino bibatur:  
contra scorpionis mortis magnopere proderit. hac abunde ves-  
cuntur aphri: qui leptin incolunt.

De ossifrago. Cap. lviii.

**T**enter cius avis quam latini ossifragum appellant: particulas  
utim potus calculos cum lotio pellere proditur.

De Galerita. Cap. lix.

**H**alerita aticula est parua apicez in vertice panonis modo ge-  
stans: quæ assa & in cibo sumpta coelacos adiuuat.

De hirundinibus. Cap. lx.

**O**isfectis crescente luna pullis hirundinibus qui primo partu ex-  
clusi sunt: in ventre corumi lapillos offendes. e quibus duos  
vnum versicolorem alterum putum eximes. Ii priusq; terrâ attige-  
rint: in iuuenç corio aut ceruina pelle lacerto aut collo adalligati  
comitialiib; pderunt: & saepè prorsus eos recreabunt. Hirundines  
vti ficedule in cibo acici visus medicamentū præbent. tā pullorū  
q; matrū ciniis cum melle oblit⁹ oculis claritatē adfert. Anginæ co-  
mōde punguntur. vñc & tonissarū inflamationibus hoc cinc-  
re succurritur. Et ipsæ & pulli exiccati si drachmæ pōdere ex aqua

bibantur: hos suuant: qui angine morbo constantur.

De ebore. Cap. lxii.

**E** Boris scobe illito paronychia sanatur. vim adstringendi ebur obtinet. De sullo talo. Cap. lxii.

**S** Vis talus comburuntur: dum e nigro albescat. qui tritus & potus inflationibuscoli longisq; terminibus medetur.

De ceruino cornu. Cap. lxiii.

**O** Eruini cornu cinis elotus binis cochlearibus epotus pdest dysentericis. excreantib; sanguinē. coeliacis. regio morbo. & vesice doloribus cū tragacantha. Fœminis fluctione vulnē laborantibus cū liquore huic rei accōmodato. Cerui cornu cōtusum crudo fistili luto circūlito & in furnū indito vritur donec albescat. id cadmī modo elotū vleribus oculorū & defluctiōibus salutare est. in frictū dentes expurgat. Crudi cornū suffici nido serpētes fugātur. feruefactum in aceto si eo gingiuē colluātur: maxillaꝝ a dentitione dolorem adimit.

De eruca. Cap. lxiv.

**E** Rucis que in oleribus gignuntur cum oleo peruncta vene anatis besuis feriti negantur.

De cantharidibus. Cap. lxv.

**E** Frumentis congestæ cantharides ad reconclendum idoneas sunt: quæ fistili vase non picato condūtūr: & raro linteo obligato ore & deorsum cōuerso suspēnditūr sup aceti feruentis q; acerimī halitū: donec extu examinētur. postea lino transfixæ reponuntur. Potentissime omnes varię luthelis lineis: quas in penīs trāuersas habēt. pmissog; corpore crass̄e ac blattarū modo p pingues. sed inertas ac imbecille: quæ vniuersi sunt coloris.

De bupreste. Cap. lxvi.

**S** Imili modo reconductur buprestes genera quædati cāthāridum. & pīnorū erucæ: que supra cribrum suspensum seruēti cinere paulisper intoste reponuntur. Vis omniū cōmuniis erodere. vlerare. calorem elicere. qua de causa ammiscentur medica mentis que lepras ferosq; lichenas & carcinoma ta sanant. m̄ces ciuit pessis emollientibus addite. Aliqui cātharidas antidotis impositas aquæ subter cutem auxiliari prodiderunt: argumento q; vrinam moueant. Alii pennas pedesq; contra potarū veneficia: remedio esse tradiderunt.

De medicinali materia.

Dē salimandra. Cap. lxvii.

**S**alamandra lacertē genus est iners. varium. quod frustra creditur est ignibus non viri. Vim habet erodentem. calfactōrem. exulcerantem. Additum ut cantharis in medicamenta: quoruſ vis est exesse. & lepras abolere: similiq; modo reconditur. Liq; fæta in oleo pilos euellit. & exenterata detractis pedib; & capite in melle seruatur ad eundem ysum.

De araneo. Cap. lxviii.

**A**raneus quem oculum alii lycium vocant: subactus cum spleenio & linteo illitus prolatuſq; vtrisq; temporibus aut frōti tertianos circuitus persanat. Tela eius imposita sanguinez sistit. vulnera que summā cutem occuparūt: ab inflamationis iniuria vin dicat. Est & alterum aranei genus qui candidā. tenuem. densamq; telam orditum: quem in loculo ligatum & lacerto appensuſ quatanis circuitibus mederi narrant. Decoctus ex rosaceo & infusus aurum doloribus auxiliatur.

De lacerta. Cap. lxix.

**L**acerte caput in tritū & appositi aculeos & omnia corporis in fixa extrahit. varos. formicantes verrucas. & pensiles quas acrochordonas vocant tollit. iecur excisus dentibus coniectū dolo res finit. Si diuulsa admoueat: istis a scorpione leuamentū p̄stat.

De sepe. Cap. lxx.

**S**eps aliqui lacertam calchidicam vocarūt: in vīno pota morsus suos sanat

De scinco. Cap. lxxi.

**S**cincus aut ægypti aut Indiæ aut rubri maris alumnus: q̄mis inueniatur in lydia mauritanic. est aut̄ terrestris crocodilus sui generis qui salsus affertur in nasturcio. Aliunt carnes q̄renes amplexatūr: id sibi virtū vendicasse: vt si drachme pondere bibatur: venerē accendat. Verū decocto lēcis cū nielle aut semine lactucæ cū aqua poto veneris cupiditate inhibetur. additur in antidota.

De terrenis vermisbus. Cap. lxxii.

**T**erreni vermes impositi precisos neruos glutinant. tertianas discutiunt decocti cum anferino adipe. infusi affectis aurib; medentur. Cum oleo autem decocti si in contrariam ariet; instillentur: dentium doloribus prestant auxilium: poti ex passo vrinā ciunt.

De mure araneo. Cap. lxxii.

**V**s araneus dissectus & impositus sui morsus veneficia luit.  
De muribus. Cap. lxxiiii.

**V**res qui in domibus oberrant: concisos scorpionum plagiis  
utilissimè imponi in confessio est. Si inassatos infantes ederit:  
oris saliuam exiccati promittunt.

De vsu lactis. Cap. lxxxv.

**A**c generatini omne boni succi est. corpus alit. aluum emolliet. stomachum & intestina inflatiō vexat: vernum tamen distinxit vestino habetur. E viridi pabulo aluum magis lenigat. probatur autem candidum & equali crassitudine: quod vngui instillatum cogitur. Aluum minus tentat caprinum: quoniam adstringentibus pabulis. robore. lentisco. & oleaginis frondibus magna ex parte vescuntur: inde stomacho accommodatissimum redi solet. Ovulum antea dulce. asperum. & præpingue non usq; adeo utile stomacho. Bubulum tamen. asinum. & equinum ventri magis idonea: sed ipsum turbant. Quibus in locis pecora scamoniā. veratrum. lenitatem. aut mercuriale pascuntur; lac omnie ventrem & stomachum subuertit: quale in iuvenis iudicibus esse a nobis proditum est. Siquidem capre quibus candidum veratrum pabulo fuerit: primo foliorum parti euomunt: & eorum lachastum nauseam creat: & stomachum in vomitiones effundit. Adstringentius omne decoctum precipueq; candidi tibiis calculis marinis exuctis. in summa omnibus auxiliatur in termis exulcerationibus. presertim faucium. pulmonis. interaneorum. vesice. & renuo. Foris vero contra pruritum cutis. eruptiones papularum. & vitiatos corporis succos. Recens cū melle crudo addito sale datur exigua aqua dilutum. Minus inflat quodcūq; feruefactum. decoctum cū calculis marinis ad dimidias vlcerosas ventris fluctiones adiuuat.

De sero lactis. Cap. lxxvi.

**A**c quodcumq; serum continet implicitum. quod ubi discessit a lacte: multo potentissimum ad purgationes redditur. Datur quibus sine acrimonia volumus defectionem moliri. vt melancholicis. comitatalibus. lepris. elephantis. & erumpentibus foto. corpore papulis.

De schisto seu scissili lacte. Cap. lxxvii.

**E**x omni lacte sit quod schistuz appellant. Lac aut suctili nono

## De medicinali materia

feruet: famoq; siculne recenti monetur: in sparsis postq; bis ante efferuerit totidem acetum multum cyathis: quot sunt heminę laetis. ita enim serescens liquidum ab eo dividitur: quod in caseum contineat. sed cum feruet: ne supfundatur: conueniet spongia ex frigida cōtinuo fistulis labru; detergere: sestariumq; argenteum frigidę aquę plenū demittere. Bibitur heminis p; interualla singulis usq; ad quinas ita: ut intercedentib; spatios potantes ambulet. Lac aut recentis efficax est: cōtra rosiones vstitutionesq; ab exstitalib; medica metis factas: ut a cātharidib; aut salamandra. bupreste. aut pinorum eruca. hyosciamo. dorycromo. aconito aut ephemero. p;sertis hnbubilis ad id eximie confert. Gargarizatur aut exulceratis fauciibus tōfiliisq; a sinuum pecunia rite collutos dentes gingiviasq; stabilit. fluctiones alii si vlera sentiatur tenacissimosq; onillū. bubulū aut caprinū cum marinis lapillis decoctū sūsistit. Per se autē & cū hordeacea p̄tisana aut alicaceo tremore infusum magnopere in testino rū rosiones mitigat. exulceratae vulue immititur.

De mullebri lacte. Cap. lxxviii.

**H**umanum lac dulcissimum est: & maxime alit. Mammis autem exuctum pdest tabi & stomachi rosionibus. contra haustum leporem marinum præsidio est: oculis crurore ex istu suffusis cum thuris polline insufflatur. podagricis vtile est cum me conio & cærato illitum. Lac omne respuendum splenicis. hepaticis. comitia libus. vertiginosis. & nernormi vltio laboratibus. febriculosis. & capite dolentibus. nisi si quis interdu purgationis gratia ut ostendimus: schistum præbeat. Primiparæ canis lacte perunctos narrant glabrescere. potum contra venena antidoti vicem obtinet. abortus mortuos expellit.

De caseo. Cap. lxxix.

**C**Asens recens sine sale sumptus alit. stomacho vtilis est: & facile in membra delegatur. corpus auget. aluū modice emollit. aliis tñ alio præstantior: p natura lactis a quo cōficitur. Decoctus autem & expressus deinde in assatus alitu sūsistit. illitus oculorū inflammationibus & sugillatis pdest. Qui vero recens salitus est: minus alimenti præbet. corpus apte minuit. stomacho aduersatur. negotium ventri interaneisq; exhibit. vetustiore sūstitutur aluns. scro quod a caseo manauit: q; optimè canes aluntur.

De hippacc. Cap. lxxx.

**Q**uod hippacen vocant: caseus est equinus. ea virus redolet.  
magnopere alit. bubulog̃ pportione correspōdet. Nec des-  
sunt: qui hippacen equinum coagulum appellarint.

De butyro & eius fuligine. Cap. lxxxvi.

**Q**uod lacte pinguisimo probatum fit butyrum: quale bubulum  
est. Fit & ex caprino agitato in vasis lacte: donec pingue dis-  
cedat. butyrum natura oleosum est & emolliens. unde largius epi-  
tum ventrem resoluit. Prodest vbi oleum non adfuerit: contra ve-  
nena. cū melle si infretetur: dentitiones adiuuat. gingivārū prurit  
& oris vlcera infantibus emēdat. illitū foris capaciora aliniōt  
facit corpora: & ab albido pusulis per summa scatentibus asserit.  
Contra inflammationes & duricias vulñ: quod nec virus resi-  
pit: nec vetustatem sentit: butyrum efficax est. dysentericis & coll̃  
exulcerationibus infunditur. In medicamenta addi solet: que pus  
mouent. utile pr̃sertim cum nerui. aut cerebri ñibrane. vesica:  
aut ceruix. vulnera acceperit. Id autem purgat. replet. carnē cre-  
at. ab aspide pcussis utilissime imponitur. Recens obsoniis additū  
olei vice pensat: & adipis vice fungitur in bellariis. colligendæ ex  
eo fuliginis ratio h̃c est. Butyrum in lucernā nouā ingestum accē-  
ditur: fistilic̃ operculato quod supne in siphunculum desinat: &  
sub pedibus cuniculos clibanī modo habeat: crematur: & subinde  
allud in absurpti locuni sufficitur: dū coaceruetur fuliginis mo-  
dus: que facere institueris. pena post deradit ad vsus. Eius effe-  
ctus est in medicamentis oculo & exccare & adstringere. fluctiones  
cohibet. & vlcera celeriter ad cicatricem perducit.

De medicina lanarum. Cap. lxxxvii.

**S**uccide lanę molles e collo feminis busq; laudatissimę haben-  
tur. Subueniunt inter initia vulneribus. pcussis. desquamatiō.  
liuidis. ossib⁹ fractis acetō oleo aut vino imbutae. siquidē capaces  
sunt liuidorū: quibus oblesę partes souētūr: & ob pecudū fōrdē:  
sic enim c̃lypnū vocant: emolliunt. capitū. stomachi aliarumq;  
partium doloribus. cum acetō & rosaceo efficaciter imponūtūr.

De lanis vstis. Cap. lxxxviii.

**Q**uemadmodum lanarum cīnis crustas obducit. excrescentias in  
carne cohabet. & vlcera ad cicatricem perducit. Munde autē  
& carptae in fistili crudo c̃eterorum more vruntur. nec secūs pur-  
purarum tomenta cremati solent. Aliqui: cum fōrdibus lanas

## De medicinali materia.

carpunt: & melle irrigant: eodemq; modo vrūt. Alii in fistili oris patuli verucula inter se distantia cōponūt. & conceptas lanas oleo ita suffusas vt ne stillare quidē possint: assulis tæde subiectis & eiusdem lanisq; permutatim interstratis leuiter succēdunt: & vstab tolunt. Quod si e tæda pix pinguitudine villa pfluxit: collecta recōditur. Lauatur ad oculos: medicamenta. cinerem in labellis aqua additam ambis confricat: & cōsidere patiuntur: idq; sēpius mūtates aquam donec lingua adstringat: nec mordeat.

De oesypo pecundum sorde. Ca.lxxxiiii.

**O**ESYPUM, vocant greci succidarum lanarum pinguitudinem: cuius parandi ratio hec est. Succide molles radicula curate calida aqua lauantur: & quibuscunq; sordibus expressis & in labelū oris ampli connectis aqua infunditur: magnogq; impetu cochlea ri vti respumet agitatur: aut lignea tude validiusculē cōturbatur: quo largius sordida spuma colligi possit: deinde marina respergitur. Et considente pingui quod supernatabat. collectoq; in fistili vase: denno aqua in labellum fusa agitatur. spuma mari perfundiatur: & demum eximitur. hoc tantisper fieri solet: dum cōsumpta pinguitudine nihil protrsus spumæ extet. collectum oesypum manibus emollitur: & si qua insedit spurcitia confessum demitur. exclusaq; sensim omni aqua recentiq; affusa manib; misceatur: donec admotū lingue oesypum adstringat leuiter: nec mordeat: atq; pingue cādicitiq; spectetur. tū in fistili vase conditur: verū oīa seruido sole stant. Non nulli excolatum pingue frigida aqua elidunt: & manibus non secus atq; ceratum formine confricant. ita enī cādidiꝝ redditur. Alii elotis lanis. & sordibus quibuscumq; exemptis ac leuto ignī in æneo vase ex aqua decoctis: pingue quod supnatat collectum aqua vt diximus lauat: colatūq; in fistilem ollā quæ calidam aquam contineat: linteo operiūt: atq; soli mandat: donec candidum fiat & satis crassum. Alii bidui spacio aquā effundunt: nouamq; adiiciunt. Melius est læue radicula non curatur: qđ succidatur virus oleat. & si manū in concha fricetur cum aqua frigida: albescat nihil in se duri aut concreti habens: veluti quod cērato aut adipē adulteratur. Oesypum excalsacit. explet vlcera. & emollit: p̄sertim sedis ac vuln̄e cum melilotō & butyro. in velle re appositiū menses & partus euocat. vlcera non aurinī modo sat: sed & genitalium cum anserino adipē. cōtra erosos angulos

Liber secundas.

oculorū scabiososq; genas quę occalluerūt. & cōflorū defluua eſſificax est. In testa noua torretur: donec redactū in cinerē pinguītu dinem amittat. Ex eo etiā fuligo colligitur: vti demōstrām⁹: quę in oculorū medicamenta commode addi solet.

De coagulo. Cap. lxxxv.

**E**poris coaguluni tribus obolis ex vino venenatorum mortibus. cœliacis. dysentericis. & fœminis fluctione vulue laborantibus. ac refectionibus a pectori auxiliatur. sanguinem cōcretum discutit. post menstruas purgationes a ppositum vulue cum butyro prestat mūlieribus: vt concipiānt. potum vero partus eneat. & post excretiones pariendi spem admittit. Equū coagulū quā hippacen aliqui vocāt: priuatim cœliacis dysentericisq; cōuenit. hēdi. agni. hinnuli. capre. apri. cerui. vituli. bñbalicq; coagula similis naturas sortintur. Contra aconiti potum in vino & concreta lac in acetō. convenienter assumuntur. hinnuli coagulū triduo a purgationibus admotum partus spem intercipit. vituli mārini coagulum castorei vires representat. comitiali bus. strangulatis vnluis potu conferre existimatur. Sed synceri hoc experimentum est. aqua inspergitur. qua paulisper cum alterius animantis tum præcipue agni coagulum madnerit. quod si verum est: statim liquefit in aquam. sī nūnus: consimile perianet. excipitur antem catulis qui nondum natare possunt. in summa coagulum omne dissipata cogit: & coacta dissoluit.

Deadipis ratione. Cap. lxxxvi.

**E**deps anserinus aut gallinaceus recens & sine sale condit⁹ ad vulue vītia proficit. sale inueteratus & qui tēporis spatio acri moniam concepit vulue iniūscus est. Recens exemptis membris in fistilem ollam demissus: quę altero tātopere capacior sit: quantus sit modus adipis quem curare institueris: obstructo diligenter vase flagratiſſimo soli exponit⁹. eliquesces inde humor in fistile alterū excolatur: donec adeps oīs absumatur. mox loco vehementer frigido recōdit⁹: & ad vsus digeritur. Alii fistile fulciūt sup aquam calidā. aut tenuem & elanguidā prunā: quę solis vīcem penset. Est & alia curādi ratio. exēptis mēbranis teritur. cōiectusq; in olla eliquatur adiecto minutū salis momēto. mox lineo colo trāſfusus reponit⁹. vtiliter in medicamēta addit⁹: q; laſitudines & fatigationes leniat. Sūillus adeps & vrsinus hoc curātū modo.

## De medicinali materia.

recens. prepinguis. tensibus potissimum detractus in largiore aqua cœlesti & q̄ frigidissima exemptis tunicis diligētissime manus conficitur: & exprimendo ferme siccatur: subindeq; noua aqua abluitur. ceterum fistili capacitatis duplē indit⁹ in aquā demergitur: & subdatis leuisbus prunis spatha mouetur: eliquatusq; colo transfundit⁹ in aquam. vbi vero refrixit: & guttati⁹ aquam omnem exclusit: in prælotum fistile demittitur: & infusa aqua leniter eliquari debet: & manu deprimi: quo facilius faculē tum virus pessum eat. postea in pilam spongia madefactam trā funditur. vbi coire coepit: residens in ino sordes eximitur. Tertio citra aquam eliquatur: repurgatusq; fistili bene operculato per q̄ frigidis locis reponitur. Hincūnum seuūm. ouillum. ceruinūq; ita curato. elotum ex his quodcunq; tunicis ut in suilli mentione dictum est exemptis pile emolliendum tradito: ac manus fricato affusa paulatim aqua donec ne amplius quidem cruentū vir⁹ excernatur: aut pingue aliquod innatet: sed nitida spectetur. deinde in ollam coniuncto: & adiecta aqua ut superemineat: leui pruna liquefacto: atq; in aquani colato. cumq; refrixerit: iterum in loto fistili eliquato: & que ante diximus facito. tertio sine aqua liq⁹ factum in perfusam liquore pilam colato: refrigeratumq; ut in suilli ratione diximus. recondito. Bubulum autem seuūm tensis⁹ maxime detractum exemptis membranis aqua marina ex alto petita eluendum est. mox in pila tundendū diligenter affusa manus aqua. cum vero dissolutum fuerit: in fistilem ollam coniunctionum: & marina aqua qua non minus dodrante superemineat: pluendum. decoquendum donec omnis aboleatur odor. additis ad singulas seuū atticas minas quaternis tyrrhenicæ cære drach⁹ mis. Excolatumq; detractis que pessum ferat sordibus: in novo fistili reponendum. opertumq; foli interdiu credendum: ut ad cā dorem reducatur: & virus euaneat. Priuatim taurotu⁹ pingua sic curari debent. tensibus euulsum pingue profluente amnis aqua abluito: detractisq; tunicis fistili novo postq; exiguum salem insperferis: liquefacto. dein in hincitate aquā excolato: & vbi cōcre scere coepit: manus iterū conficido vehementer lauato aqua sepius infusa refusaq; donec q̄ optime elotum videatur. rursus in olla cum pati modo vini odorati decoquito. & cum iterū efficerit: dempto ab igni vase ibidem sinto pernoctare. postridie si

43

## Liber secundus.

grauster adhuc oleat: nota olla repetitum vīno odorato perfūns  
datur. eadem que prius fiant: dum omne virus euānescat. Collis-  
quatur & sine sale p̄sertim affectionū earū causa: quib⁹ sal aduer-  
sari solet. sed ita paratuū nō magnopere albescit. Eodem modo  
pardonum ac leonum p̄ngua curari opottet. Tautofūm autem  
& vitulorum p̄ngua necnon ceruorum medulē odoratiētis īm-  
buuntur. hac ratione. Pungue quod odoratum reddi debet: dem-  
ptis quo diximus modo membranis: elotuni & vīno q̄d odoratis  
fīmo nulla maris aqua diluto feruefactum pernoctare sinitur. Al-  
terum id gēnus vīnum eadēni mensura infunditur. colliquatur.  
& exquisite colatur. Nouemq̄ eius hemiñis īmīcī arabiī septēm  
drachmī adiūcītur. Quod si ipsum odoris fragrantioris fieri vo-  
les: quadraginta floris eiusdem drachmī cum parisbiis palinæ.  
calanii. & cassiæ modis addūntur & xylobalsami. aspalathi singu-  
lae drachmæ. cinnamomii. cardamomi. & nardi singulæ vñciæ.  
Omnia exactius tunduntur: & affuso vīno odorato in vase oper-  
to quod supra carbones firmiter collocatum sit: tēr effervescat:  
& semoto ab igni vase īsibi pernoctant. postridie vīnum effundi-  
tur. alindq̄ generis eiusdem adiūcītur. tēr simili modo conferuescat.  
matutinis vīnum effundatur. & abluto vase si quid īmīo subſidēs  
hæſit: detergatur. postremo eliquatum pungue & excolatum ad  
vīsu reconditum. hoc autem in modo odoramentis īmbuitur: quod  
antea curatum est. verum ante dicta prīns īspissari solent: quo fa-  
cilius sibi odoramentorum vires adſciscant. Itaq̄ assūmēs quod  
voles cum vīno feruefacto īpositis vna myrti raniulis. serpylo.  
cypéro. item aspalathio plenius tuſo. Aliqui tamēn p vīsu vno dū-  
taxat hōrum contenti sunt. cum autem tēr efferbuerit. exēp-  
tū leniter & linteo colatum aroniatis vti expositum est īmbuitur.  
Adipibus spissamēta sic fiunt. syncær & sanguinis expers adeps  
reliqua habens quē ſēpe retulimus: in ollam nouam demittitur  
infuso vīno albo vetere odorato: quod ſemipedis altitudinem ſu-  
peret. lento igni feruescat: dum vernaculus odor aboleatur: pla-  
nieq̄ vīnum redoleat. at vbi deposito vase refixit: dñe adipis mi-  
nē ī ollam mittuntur. & duo vīni eiusdem ſextarii. & ſeminis lo-  
ti: eius inq̄ cuius e ligno ludicre tibicē factitantur: tuſi minē quat-  
tuor adiūcīuntur. lento igni ſubinde miscendo decoquuntur. cū-  
q̄ odoris virus euānuerit: excolatusq̄ adeps refixrit: vna cōtusi

aspalathi mina cum annaracini floris nini's quattnor & vetere vi  
 no subigitur. nocte vna hæc odorem rapiunt. comibinuntve. pos-  
 stridie in fistulem ollam tricongialem ea omnia cum adipe iuncta  
 additis sextariis tribus vni vna fernescunt: quoniamq; & vni & odo-  
 rem spissamen torum adeps ipse contraxerit. qui cliquescens co-  
 latur: & reponitur. quod si maiorem odoris fragrantiam efflagi-  
 tes: drachmas octo quampinguissimæ myrræ vino maceratæ  
 quod multos in annos asseruatum est: misceto. gallinaceus anse-  
 rinusq; sic odorsibus imbui solent. cuiusvis eorum percurati sex-  
 tarii dno fistili olla excipiuntur. erysceptri. xylobalsami. palmæ  
 elate. & calami plane contusi singulorum scincencia admiscetur.  
 vini lebii veteris cyathus unus adiicitur. ea ter effervescent pru-  
 nis. mox vase sublato ab igne die noctuq; refrigerantur. postris  
 die liquata per linteum intimum in vas excolatur. vbi vero adeps  
 coierit: concha excipitur: fistiliq; nouo densius operto perfrigia-  
 dis locis reponitur. hyberno tempore id instituere oportet.  
 estate siquidem pinguia non coguntur. nec desunt qui tyrrheni-  
 cæ cære momentum adiificant: quo facilius in vnum corpus om-  
 nia coalescant. Eadem ratione nullus adeps & vrsinus cæteriq;  
 id genus odoratissimis imbuuntur. Verum sansuci odorem adeps  
 ipse representabit hoc modo. curati q; optimi adipis præsertim  
 taurini misua vna tenui pestiulæ sansuci exquisite contracti sesqui-  
 mina miscentur: & insperso largiore vino digeruntur in offas:  
 que in vase cooperato nocte quiescunt. natutinis in fistili olla le-  
 uiuscule igni: affusa aqua coquuntur. dumq; suum adeps odos-  
 reti exuerit: defecatus ac bene operatus nocte tota permanet.  
 postero die deterga sorde que pessum ierat: sansuci ut dictu'est con-  
 tuisi iterum sesquimina priori pastillo adiicitur: eodemq; modo  
 in offas cogitur. aliis que diximus peractis: decoquitur & colatur.  
 quod si qua fundo hesit spurcitia: deraditur: & frigido loco re-  
 conditur. Si quis tamen incuratum adipem anserinum. gallina-  
 ceum. aut vitulinum a pntredine teneri velit: ita faciundum est.  
 quamvis adipem diligenter clotam & siccata in umbra superci-  
 brum per linteum munda manibus vehementer exprimat: hincq;  
 consultam vmbroso in loco suspendat: & post multos dies noua  
 charta inuolutam frigido loco recondat: pinguia autem in dito

melle vindicantur a putredinīs vītio. Vīs omnīnū est excalfacere.  
 mollire. odorē cīere. taurīnū adeps. bībulūs. & vitulīnū aliquā  
 tum adstringunt. earundem vīlūm compos leonīnū. nam resi-  
 stere eum alīnt iīs: qui insidias moluntur. cernīno. elephantīno  
 q̄ peruncos serpentes fugiunt. adstringentior est caprīnū. quia  
 ex causa decoctus cum pōlēta rhōe & caseo dysenterīcīs datur: &  
 cum pīsanē succo infunditūr. iūs decocti phthīscīs in sorbitōnī  
 bus pdest. datur quoq̄ vīlītē iīs: qui cantharīdūm venena hau-  
 serūt. hīrcīnū vt qui validissimē discutiat: podagricīs auxiliatur  
 cum simo caprē & croco impositus. huic pportiōe respōdet onī-  
 lūs. Si illus vero contra vīlū & sedis vītia idoneus est. ambītīs  
 ignī medetur. e sue yetustissimīs quisq̄ sale cōditus excalfacit: &  
 emollit. elotis vīno pleurīscīs pdest. cinerelaut calce exceptns in  
 inflāmationib⁹. fūlūlīs. ac tumorib⁹ succurrīt. Asimilū tradunt  
 cicatrices corporī concōlores reddere. Anserīnū gallīnaceisq̄  
 connēniunt mīliebrib⁹ malis & ad labīorum rīrias. ad māgōni  
 zāndāni faciem. & contra antrīum dolores. yrsinū cōstat rāptos  
 vītio alopecīcī capillos restituere. petnīoni⁹bus subuenīre. vulpīn⁹  
 medetur aurītū dolorib⁹. Flīuiatīlūm pīscīlūm pīngūlū perūnī  
 tis oculīs claritatē afferunt: si in sole liquefiant: & mellī animi  
 sceantur. vīperē adeps contra oculōrum hebetudīnes suffusio-  
 nesq̄ efficax est addita cedria. melle attīco. & pari oleo vētere. pi-  
 los alīs enūlīos peruncos radicib⁹ obliterat.

## De medullarū ratione. Cap. lxxviii.

**T**andatissimā est ceruīna. mox vitulīna. post hāc taurīna. dein  
 caprīna & ouilla. colliguntur & statīs exītu: cūnī appetīt autū  
 nūs: quippe cūnī aliīs autī temporib⁹ concrēmētūm sanguīnīs  
 & velutī caro friabilis in ossib⁹ inuenīatur. nec facile cognōsci po-  
 test: ni quis eā ossib⁹ extrahat & recondat. omnes medullē mol-  
 liunt. sedant. rarefaciunt. vīcera expīt. Ceruīna peruncos vene-  
 nata fugiunt. curantur recentes aquā respārsū mōllītā selectisq̄  
 ossib⁹ elotē: donec aqua syncera emaneat: & detersa sorde peiūna  
 si qua innatet. liquefat p̄ duplīcatūm liuteūm in pilām exprimitur.  
 & vībi coiere: omniī sc̄e que ad ima sidit deraſa: fīctili nouo re-  
 ponuntur. Quod si libet incuratas reponere: facito omnia quā  
 de anserīnū & gallinarū adīpē demonstrātūm.

## De felle. Cap. lxxxviii.

**E**t omne curatur hoc modo. recens preligato ore folliculi si no denissum in seruētem aquam spatio quo quis stadia tria percursaret: mox exemptum siccatur vmbroso loco. aspergines non redolente. Sed quod ad oculorum medicamenta adiici solet: ligatum lino in vitroem vas quod ntel habeat: immittitur circūs uoluto ad os vasis lini principio: & operto vase recōditur. Est enī vis omnium acris & excalfaciens. intensis tamē & remissis viribus differunt. si quidem præstantius in effectu esse videtur fel marini scorpionis: & piscis qui callionius appellatur. marinæ testudinis. hyenæq; item perdicis. aquilæ. galline candidæ. & sylvestris capre. quod priuatim prodest contra suffusiones incipientes. & oculorum caligines. albuginesq; & genarum scabricias. oculo. suillo. hircino. atq; yrsino taurinū multo efficac;. Felle oī pfacile presertim infantibus delectionem quis inolietur: si intinctum eo tomentum sedi subiicit. priuatim taurino angino cum melle perungūtur. Sedis ulcera sanat: & ad cicatricem vsc; perducit. idem aurib; fractis & purulentis cum muliebri lacte aut caprino instillatū medetur. & sibillo earundem ex porri succo. admisceri insuevit vulnerariis emplastris. & circumlunctionibus quæ contra venenata parantur. phagedænicis ulceribus. colis & scroti dolorib; ex ntel le prodest. lepras. surfires cū nitro & terra cimolia q; optime purgat. ouillum & yrsinum contra eadem pollent: verum inefficacius hxc præstant. Yrsinum elegniate comitiales adiuuat. fel testudinum anginis & in ore infantium nomis prodest. naribus inditum comitiales erigit. sylvestrum caprarum felle peculiariter punctioniosi sanantur. Hircinum idem obit munus. thynia abolet. & luxuriantes elephanticorum extuberationes illitu reprimit. Suilum autē contra aurinū ulcera reliquaq; oī magno vsu assumitur.

## De sanguine. Cap. lxxxix.

**S**anguis anseris. agni. & hædi utilissime in antidota miscensur. Palumbi autem turturis & columbæ necnō perdicis oculis cruore suffusis. & recentibus eorum vulneribus lusciosisq; illi nuntur. Peculiariter columbæ sanguis cruentum membranis cerebri erumpente inhibet. hirci. capre. cerui & leporis sanguis patinis inassatus dysenterias & coeliacorum profluvia sistit. in vino potus contra toxica efficax est. Leporinus sanguis ita vt tepejat. litus: vitia cutis in facie lentiginesq; emaculat. Caninus cōmode

ab his bibitur: quos effetata in rabiem bestia momorderit. contra epotum toxicum auxilio est. Testudinis terrestris sanguinem epotum tradunt prodesse comitalibus. Marinæ autem testudinis cum vino & leporis coagulo cum in oq; contra serpētiū morbus & hausta rubetæ venena conuenienter bibitur. Taurinus cu<sup>z</sup> polenta illitus duricias discutit: emollitq;. Sanguis equatus quæ admissuram expertæ sunt: in medicamenta additur quæ erodunt: septica vocant. Sanguine chamæleonis genarum palpebras euclii creditum est. hoc idē viridium ranarū sanguine præstatur. Mēstruu sanguis foeminarum circumlitu conceptionem inhibere: existimatur: aut si omnino mulier menstrua supergrediatur. Levat podagras muliebres & ignē sacrū illitus.

De simo.

Cap. xc.

**F**umentarii bouis fumum si recens admoueatur: vulnerū inflammationes mitigat. Foliis autem inuolutur: & calfactus cinere feruēti superponitur. Coxendicis cruciatus tali impositū compescit. illitus exaceto duricias panos. & strumas discutit. priuatim suffitufsimi quod a masculo bove redditum est: procidentes vulnē reprimuntur. Accensi nidoce culices abiguntur. Fumū caprarum præsertim quæ in montibus errant: potum in vino reglū morbum emendat. Menses cit cum odoramentis haustū. et partus euocat. tritum in farinam: & impositum lauis cu<sup>z</sup> thure. foeminarum profunda sisit. cæterosq; sanguinis ipētus ex ace to cohibet. medetur alopeciis exustum & cum acetō nullo illitus. cum axungia vero impositum iis qui podagra tentantur: auxilio est. Caprillum in aceto decoctum imponitur serpentium morsibus: viceribus quæ serpunt. igni sacro. & parotidibus. vtile ischia dici vſtione hunc in modū accipiunt. in intersticio pollicis qua parte brachio committitur: caua veluti lacunā sublidet: in qua lana oleo imbuta substernitur. deinde sigillatim feruentes stercoris caprinis pilulae imponuntur: dum vapor per brachium ad coxa; sentiatur peruenire: & coxendicis dolorem mitigare. Adustio id genus arabica appellatur. Fumum pecudum ex aceto illitum sanat epinyctidas. clauos. pēsiles verrucas. thymos. & abusta igni rofaseo cærato exceptum. Fumū suis sylvestris aridū in aqua aut vi no potum refectiones sanguinis sisit. vetustu<sup>z</sup> lateris dolore mulcat. Ad rupta & cōuulsa ex aceto bibitur. Luxatis cū cærato rosa

ceo medetur. Tam asinorum & equorum fimum flue crudum si  
ue crematum addito aceto sanguinis eruptiones cohibet. Armē  
tarii qui herba pascitur siccum fimum liquatum in vino mox po  
tum contra scorpionū ictus magnopere auxiliatur. Columbinū  
achementius excalsit & viri cum hordeacea farina mixtū stru  
mas ex aceto discutit. carbunculos emarginat tritum cum lini se  
mine & oleo. ambustis igni medetur. Gallinaceum vero omnia ea  
dem: sed inefficacitus prestat. priuatim tamē contra venena fun  
gorū & colicruciatus ex aceto aut vino bibitur. Giconie fimum  
si ex aqua hauriatur: comitibus prodesse credunt. Vulturini si  
mi nido partus excutī prodūtur. Murinū detritum cū aceto &  
illitum alopeciis medetur. cū thure & mulso calculos expellit. sub  
ditæ infantibus muscerdē alii detectionē promouent. Caninū  
quod flagrantissimo canis sydere fuerit exceptum: cum vino aut  
aqua potum silit alii. Humanū stercus illitum vulnera inflam  
mationem minantia intumescere nō patitur: sed ea statim glutis  
nat. Siccō ex melle anginę perungī cōmodissime tradūtur. Ter  
restris crocodili fīmū crocodileam vocant: q̄ in mulieribus colorez  
nutrit in facie: nitorēq; seruat. Optima est tenuissima & friabilis  
amylī modo minime ponderosa. in humore statim eliquescēs: q̄  
cum teritur fermenti a corem quadātenus refert. Adulterant eā  
sturnorum fīmō: quos captos oryzā pascunt: ipsumq; non dissī  
mile vendunt. alii amylūs aut cimoliam miscent: & adicito colore  
perratum crībrum paulatim exprimit: vt se contrahat in verni  
culorum speciem: qui siccati pro crocodilea vēneunt. Inter om  
nes conuenire intencion humannum stercus caninūq; guttūlīm  
positum anginī auxiliari.

## De Vrina.

Cap. xci.

**V**manā vrinā suā cuiq; bibere contra vīperē morsus ac vene  
na incipientēq; aquā intercutē proderit. marini scorpionis.  
vīperē. draconisq; morsus ea cōuenientissime souentur. Canina  
ad perfundēdos canis morsus idonea est. pruritus & lepras nitro  
addito expurgat. sed vetus ulcera capitis manantia. surfutes. psor  
as. & feruidas eruptiōes multomagis abstergit. nomas & p̄cipue  
genitaliū cohibet. auribus infusa manans pus suppressit. decocta  
q̄ in calyce malipunici earum vermiculos abigit. Pueri impubis  
resorpta vrina orthopnoīcis auxiliatur. decocta in xero vase

cū melle emēdat cicatrices. argema. caliginesq; ex ea & cupro idō  
neum auri ferruīcē consiciunt. Lutū quod in vrina subsidit: illūtū  
ignem sacrū mitigat. feruefactū cū cyprino inditusq; vulne do-  
lores mulcet. strāgulat? leuat. genas deterget. oculorū cicatrices ex-  
purgat. Taurina si cū myrrha insilletur: aurū dolores lenit. Apri-  
na viribus eisdē prēdicta est. priuatim comminuit vesicę calculos:  
& potu expellit. ad aquā q̄ cutem subiit: cum nardi spica cotidie bī-  
nis cyathis cū aqua bibitur: vrinamq; per aluum extrahit. aurius  
dolorib? insillata medetur. Asinina traditur renuz vitis mederi.  
Lyncis vrinam quā lyncurium appellat: simulac excernit: gla-  
ciari coīteve in calculi duriciam vulgo creditū est. quare quod de  
ea proditum est: vanum esse conuincit. est enim quoda nōnul-  
lis vocatur succinum pterygophoron. id potum ex aqua stomas:  
cho aluoq; fluctione laboranti conuenit. Asininae vrinę potu re-  
num vitia sanari traduntur.

## De Melle.

## Cap. xcii.

**D**rincipem locum obtinet mel: quod atticę regionis est præ-  
cipue ex hymeto; mox cycladibus insulis: & e sicilia cognos-  
mine simblion. Maxime probatur dulcius & acre. odoratum. suf-  
fluum: nec humectum. graue. & minime fluxum: quod obsequa-  
cem lenticiam non facile abrumpitur: tractumq; resilit in digitos.  
Mel abstergendi viuū habet. ora venatum aperit. humores euo-  
cat. qua ratione in sordida vlecta sinuq; commodissime insundi-  
tur. Decoctum atq; impositum abscentem carnem glutinat.  
medetur impetigine: coctum cum liquido alumine & illitum. item  
aurum sonitui & dolori cum fossili sale tepido insillatum. lēdes  
& foeda capitis animalia illitum necat. nudam glandem recutitis  
operit: presertim que circumcisione aperta non est. si melle coles  
a balineo triginta diebus emolliatur: oculorum caliginem discus-  
tit. faucibus. tonillis. angine illitum gargarizatumve medetur:  
vrinam clet. auxiliatur tussi. & a serpente percussis. contra hau-  
stum meconium cum rosaceo calidum assumitur. aduersus vene-  
na fungorum & rabiosi canis morsus linctum aut potum profis-  
cit. Crudum tamen aluum inflat. tussim laceſſit. et ea de re despue-  
mati vsus aptior est. Primatum tenet in mellis genere vernū. dea-  
inde aestiuū. hybernū vero ut pote quod crassius constet: deter-  
rimū reputatur. siccas eruptiones extitat. Quod in Sardinia

gignitur mel: amarum est: quoniam apes inib⁹ absinthio vesca-  
tur: quo vitia cutis in facile & macule aptissime perunguntur. He-  
raclie in ponto quibusdam anni temporibus propria quorundam  
florum dote mel conflatur: quod qui edere: mente abalienatur.  
ac sudore diffiu⁹. remedio sunt esitata ruta. & salamēta. aut epo-  
tum mulsum: resumpta quoties vomitiōe reiiciuntur. acre autem est:  
& olfactu sternutamenta mouet. quod cū costo illitum fœminarū  
cutem emendat: & cum sale sugillationes rapit. Est & aliud cōcreti  
mellis gen⁹: quod saccharon nominatur. in india vero & fœlici  
arabia in arundinibus inuenitur. salis modo coactū est. dētib⁹ vt  
salfragile. aluo idoneum. & stomacho vtile. si aqua dilutum biba-  
tur: vexat̄ vesicæ reuibusq; auxiliatur. illitum ea discutit: quæ te-  
nebras oculorum pupillis offundunt.

Decera. Cap. xciii.

**Q**uæra optima est subfulua. odorata. suppinguis: pura. odoris  
q; quadā tenuis mellei natione pontica aut cretica. secundum  
locū obtinet cädida & suapte natura pinguis. Cädida sit hoc mo-  
do. ex ea radunt albū syncerūq;: atq; transfundunt in vas: quod sa-  
tis habeat marinæ ex alto petite: in sparsorūq; nitri momento deco-  
quunt. cūq; iterū tertiove inferbuit: separatū vas refrigerat: ac ce-  
re pastillū exmundunt detersa sordē: si qua forte adhesit. tū denuo in-  
dita noua maris aqua seruet: vti retulim⁹: & vase dempto ex igne  
basin ollulę nouę aqua frigida madefactā in cærā summā suspēsa.  
manu intingūt: quo celeri⁹ cōcrescat: & q; minia portio extraha-  
tur. suscepto primo cēre orbiculo iterū vas imū aqua refrigeratū  
tatis per immiti debet: dñi tota excipiatur. orbiculli lino cōfuti ita  
vt intercedat spatium: suspendatur. & interdiu cōtinuo sub sole no-  
ctu sub luna aperguntur: vsc⁹ dñi perfecte albescant. verū si eximi-  
us ille candor desyderetur: eadē facitari: & identidē recoqui ope-  
re reprecin⁹ est. nec desunt qui p marina in muria q; acerrima semel  
ant iterū excoquant. dein langucula tenui. rotunda. ansam habēte  
extrahunt. postea orbiculos substrato cespite herbosō insolat: do-  
nec candorem sumimū contraxerit. precipiunt hoc obeundū mu-  
nus vere: cum sol remissa vehementia humore pariat: vt non faci-  
le liquet. Cera omnis mollit. calfacit. modice explet corpora.  
datur in sorbitione dysentericis. ac milii magnitudine decem gra-  
na cære hausta lac in lactantibus non patiuntur coagulari.

De propoli. Cap. xciii.

**P**ropolis eligi debet flava. odorata. styracē referēs. in vēhemē  
ti ariditate inollis. & mastiches more ductilis. magnopere cal-  
facit & euocat. aculeos & oīa infixa corpori extrahit. in veterē tū-  
si suffita pficit. impetigines adinota tollit. ea in aliueariū forib⁹ cæ-  
sōe nature inuenitur.

De tritico. Cap. xciv.

**O**ptima e tritici generibus ad secundē valitudinis usus haben-  
tur: quē recentia & iā perfecte adulta colore mali referunt.  
Dein sequuntur trimestria: quē nonnullis sitania nonunantur.  
Itaq; cruda in cibis teretes tincas gignunt. canū morsibus pfunt  
māla & iposita. confessus eorū simulagine panis plus alit q̄c cibari-  
as. E trimestriū farina panis leuiorē cibuz p̄bet: & qui facile in mē-  
dra demādetur. farina eorū cū hyosciamī succo illinitur aduersus  
heruorū fluctiones: quas grēci rheumatismos vocant. itē cōtra in-  
teraneorū inflatiōes. lentigines ex aceto mulso tollit. furfures aut̄  
In acrī aceto decocti turgentēs mārias sedant. viperarū & ictib⁹ au-  
dilantur & torminosis prosunt. farinaceū fermentum calfaciēdi  
extrahendiq; yim habet. priuatim callos pedum clanosq; extenu-  
at. cetera tubercula furūculosq; ex sale cōcoquit. & aperit. Sitani  
prūm farina contra venenatos iūtus cū aceto aut vino cōmodissi-  
me illinitur. eadem si decocta in glutini modum delingatur: crūc-  
tis excreatiōibus pderit. contra tuſsim & exasperatas fauces cū  
menta & butyro decocta efficax est. Tritici pollē si ex aqua mulsa  
aut hydreib⁹ decoquatur: omnem discutit inflātionem. Panis  
& crūdus & coctus inflātiones omneis illitu inulcat: cū emolli-  
at & quaditenus refrigeret: sed hērbis succisve huic rei accōmo-  
dati ammisceatur. vetus panis aridus adiectis cōuenientib⁹ citā  
aluum cohībet. Recens muria maceratus illitu vetustas impetigi-  
nes sanat. Glutinum ex similagine & polline quo charte glutinā-  
tur: sanguinem excreantibus prodest: si liquidus ac tepidum co-  
chlearis mensura detur forbendum.

De hordeo. Cap. xcvi.

**H**ordeum optimū est candidum purūq; id minnus q̄c triticum  
alit. ptisana tñ ob cremorē in decoctiōe redditū plus alimēti  
p̄bet q̄c polenta ex hordeo facta. cōtra acrimonia s atq; fauciū sca-  
bricias exulcerationesq; pollet: quisbus etiā triticea ptisana presi-  
dio est: sed plus alit magisq; vrinā mouet. lac abunde suppeditat:

## De medicinali materia.

si cum fœniculi semine decocta sorbeatur. Hordeum abstergit. vri  
nam ciet. inflationē parit. stoniachō aduersatur. tumores conco-  
quit. Farina hordacea decoquitur in nulla aqua cū fico ut inflam-  
matiōes collectionesq; discutiat. duricias cū resina & fimo colum-  
barium concoquit. cū melilotō aut & papaveris calyce dolores fi-  
uit: quis latus excruciant. aduersus intestinoꝝ & inflatiōes cū lini se-  
mine. fœnogrēco. & r̄ta. illinī iunat. strumas cū pice liquida. cæ-  
ra. olco. & impubis pueri vrina ad cōcoctionē p̄ducit. & cum myr-  
to. vīno. malicorū. sylvestribus pīris. & rubo. alii plūnia sīstīt. po-  
dagricis inflammatiōib; cum cotoneis aut aceto p̄dest. Decocta  
in acri aceto modo quo hordeaceū cataplasma & calida imposita  
lepris medetur. liquata eadē cū aqua atq; cū pice decocta pus ex-  
citat. Cum aceto liquata itidem contra articulos & fluctiones p̄dest.  
farina ex his aluum cohībet: Inflammationesq; mitigat.

De zytho. Cap. xcviij.

**E**X hordeo potus sit: cui zytho nōmē est. is vrinam cīt. renes  
& neruos tentat. membranis p̄sersit cerebrū vestienti-  
bus officit. inflationem parit. viticū succum creat. elephantia  
sin gignit. qui eo potus genere perluitur: agilis & ad opus obe-  
undum expeditus enādit.

De courmite. Cap. xcviij.

**E**It & ex hordeo potus: quem courmi nominant: eoꝝ ſepe  
potu p̄ vīno vtuntur: verū dolore in capitib; mouet. maluꝝ  
succum gignit. neruū nocet. conſimilia etiā potus genera ex tritī  
co fieri ſolent in britannia: & quæ occidentem ſpectat iberia.

De zea seu ſemīne. Cap. xcix.

**Z**Ea duorum generum eſt. vna ſimplex. altera in geminis pu-  
taniisb; grana bina iuncta gerit: ob id dicoccos appellatur.  
plus q̄ hordeū alit. ori grata. digeritur in panificia minus q̄ triti  
cum alens.

De crassiore farina. Cap. c.

**C**RIMNON crassior eſt ex zea triticoꝝ farina: ex qua pullem  
faciunt. abunde alit. facile conficitur. aluum vicherentius  
adſtrīgit: si zea ex qua fit prius torreatur.

De ſilagine Cap. ci.

**S**IDEM generi ſiligo adſcrībitur: ſed minus aliquanto nutrit:  
in panes ut zea cogitur. fit quoq; e ſilagine crassior farina:  
quam græci crimnon vocitant.

De athera id est tenui pulticula. Cap. cii.

**A**Thera ex zea fit tenuissime molita. est autem sorbitio quasi  
líqua pulticula infantibꝫ cōueniens: & cataplasmatis efficax.

De trago. Cap. ciij.

**T**Ragos quandā alicae figurā gerit. multo minus qꝫ zea nutrit;  
qꝫ multū aceris habet. quare ægris conficitur: aluumqꝫ mia  
gis emollit.

De bromo. Cap. eliij.

**B**Romus genicula quedā habet. folio & stipula triticū imitatur.  
& in cacuminibꝫ dependētes paruulas veluti locustas gerit:  
in quibus semē continetur: utile ad cataplasma vti hordeum.  
pulte huius alius sifistitur. pdest tuffientibus in sorbitione succus.

De oryza. Cap. cv.

**O**Ryza frugum generis est in palustrībus riguisqꝫ nascens. me  
diocrem cibum prestat: sed aluum supprimit.

De alica. Cap. cvi.

**A**Lica fit ex zea: quā dicocon appellatim. plus alit qꝫ oryz  
za. aluum magis cohibet. stomacho longe utilior. decocta in  
aceto illataqꝫ lepras tollit. vnguīum scabridias extrīcat. incipientibꝫ  
bus ægypiois medetur. decoctum dysentericis quos excruciat  
dolor: insusum idoneum est.

De milio. Cap. cvii.

**M**Ilium in panes coactum minus ceteris frugibꝫ alit. sifist pul  
me sua aluum. vrinam cit. Torretur milium: seruensqꝫ in sacco  
ponitur: vt torninibꝫ reliquisqꝫ doloribꝫ auxilio sit.

De panico. Cap. cviii.

**P**Anicum frumentaceis seminibꝫ annumeratur milio simi  
le: eodemqꝫ modo in panes subigitur. Eodem habet ysus:  
minus tamen & nutrit & stringit.

De sesamia. Cap. cix.

**S**E sama stomacho inutilis cibis. halitus granitafē facit: quōsi  
ses inter mandendū commissuris dentium inhēsit. neruorū  
crassitiem illitu discutit. Medetur auribus fractis. ambustis. infla  
mationibꝫ. coli doloribus. & cerasitæ morsibus. capitis dolores  
qui æstuatione concitantur: ex rosaceo lenit. Eadem efficit hæ  
ba decocta in vino. præsertim inflammationibꝫ oculorum dolo  
ribꝫ prodest. ex ea fit oleum: quo ægyptii vtuntur.

De lolio.

Cap. cx.

**L**Olium quod inter segetes nascitur: molitum illitu nomas. Vetera vlcera. gangrenasq; emarginat. Sanat cum raphanis sale & aceto feros lichenas. et ex aceto & sulphure vino lepras. strumas quoq; discutit cum simo columbino & lini semine decoctu in vino. Abscessus etiā rumpit: qui ægrius ad coctionē pdū cūtetur. decoctu ex aqua mulsa vtilissime ischiadicis illinitur. si cu<sup>z</sup> polenta. thure. myrrha. aut croco sufficiatur: cōceptionē adiuuat.

De Amylo.

Cap. cxl.

**A**Myrum ex eo appellatū est: q; sine mola fiat. optimū ex tr̄i mestri natione creticū aut ægyptiū. Ratio faciūdi amyli hæc est. purgatū trimestre tr̄iticū madescit quiques in die: & si steri potest nocte. Cū emolitum fuerit: effunditur sensim sine agitatione aqua: quo minus tremoris dulcedo vna excludatur. vbi molissimum esse videtur: mutata aqua pedibus calcari oportet. rursus infusa teri. tū demū enatantes ibi furfures in cerniculo extimedi: reliquiq; quallo sportisq; siccattū tegulis nouis confessum torre atur flagrantissimo in sole. namq; si paulisper vdu maneat: acore concipit. Cōtra fluxiones oculorū. pustulas. cauacq; efficax est. sanguinis refectiones potu cohabet. exasperatas sauces lenit. Lacti atq; obsoniis ammisctetur. Fit etiā amyrum ex zea: que maceratur: ac eluitur vno aut altero die: & farinæ modo manibus subigitur: pressaq; feruentissimo in sole vt ante retulim⁹: exiccatur. nullius in medicina vſus: ad alia tamen conueniens.

De Foeni græci farina. Cap. cxii.

**G**reci Telin. alii Carpon. alii Bucerias. alii aegoceras: latini sœnum græcum appellant. ægyptii itasin. Vis faringe est molitre. dissipare. In aqua mulsa decocta aduersus tam internas qua<sup>z</sup> externas inflammationes efficaciter illinitur. lienem cum aceto & nitro trita extenuat. Succus decocti eius foeminarum malis subuenit: & siue tumor siue preclusio sit vulu<sup>z</sup>: foulentur: & insident. Decocti tremor capillos. furfures. & manantia capitis vlcera purgat. locos laxat & emollit: si cū anserino adipe pessi vice subiftatur. Viride cū aceto vtilissimum imbecillis partibus: & vlcera sententibus. Decoctu eius prodest aduersus tenesmos foetidamq; dy sentericorum proluiiem. Oleum quod ex eo exprimitur ex myro capillos & genitalium cicatrices abstergit.

## De lino. Cap. cxiii.

**L**imum aliqui linocalamin vocant. alii annon. alii non agric  
on. romanii linum. poeni zeraphoes. vulgo notum est. Cuius  
semen easdem quas foenum grecum vires habet. Discutit & emol-  
lit oeni intus forisq; inflammationem cum melle. oleo. exiguae  
aqua decoctum: aut melle cocto exceptum. vita cutis in facie va-  
rosq; crudum tollit. Illitum cum nitro & ficalneo cinere parotis  
das duriciasq; discutit. vlcera que serpunt fauofq; cū vino deco-  
ctum expurgat. vngues scabros eximit cū pari modo nasturii &  
mellis. vita pectoris extrahit: si ex melle in eclegmatis vicē sub-  
sistatur. tussim lenit. venerem stimulat: si farina piperis & melle  
exceptum p placenta largius adsumatur. Hunc decoctum intera-  
neorū vnlueq; erosionibus immittitur. alii excrementa euocat.  
ad vnlue inflammationes in desessionibus perq; vtile.

## De cicere. Cap. cxiii.

**C**icer satium aliud idoneum est. vrinam clet. inflationem pa-  
tit. colore in commendat. menses ac partus expellit. lac au-  
get. Cum eruo decoctum illinitur ad inflammationes testicū ver-  
rucosas informicationes. ad scabieni. vlcera capitis manantia. in  
petiginescq;. Contra carcinomata & vlcera que cacoethè vocan-  
tur: cum melle & hordeo prodest. Alterum genus arietinum no-  
nunatur. vtrumq; cit vrluas. dato cum rore marino. hydropicis  
aut regio morbo laborantibus eorum decocto. Ledunt ea exul-  
ceratas vesicam & renes. in verrucarum formicantiu[m] pensiliu[m]  
genera prima luna singulis granis singulas tengunt: eaq[ue] grana  
lintheolo deligata abiici post se precipiunt. ita decidere eas arbitra-  
tur. Sylvestre cicer foliis latino simile est. odore acri: sed semine di-  
scrpatur. idem quod satlunum praestat.

## De faba. Cap. cxv.

**F**aba inflationem excitat. agre cōcoquitur. tumultuosa som-  
nia facit. tussi confert. carnem gignit. media calidi frigidiq[ue]  
natura. Decocta in posca & cum suo cortice esitat. i dysenterias &  
coeliacorum pfluuiis fistul. contra vomitiones conuenienter man-  
ditur. Inflatio leuior contrahitur: si aqua prior inter coquendum  
abliciatur. Viridis plu negotii stomacho exhibet: maioremq[ue] fla-  
tum parit. Lomentum eius & per se & cum polenta illitum infla-  
mationes quas vlnas excitant: mitigat. cicatrices concolores fa-

De medicinali materia.

cit. turgentes predrasq; manumas etiam si inflamatione tententur: adiuuat. Lac restinguunt. furunculos. singillata. parotidasq; cu<sup>m</sup> forni greci farina & melle discutit. Cum rosa ante thure & oui candido pcedentes oculos. tumores. vuasq; reprimit. Subactu vino infuso istu ocnlos recreat. maducata sine cortice faba ad anertendas functiones fronti illinitur. Decocta in vino testinm collectiones sanat. quo tardius pubes erumpat: prius imo ventrullinitur. vitiliginen'i purgat. Fabarum cortice illiti capilli: qui post evulsionem renascuntur: gracilescunt. & minus alimento capebunt. cum posse leuta scisso alumine & vetere oleo impositi cortices strunias discutint. decocto earum lance inficiuntur. Faba dempto cortice in illas parteis dñisain quas snapte natura scindit: imponi sollet sanguinis defunctionibus ab hirudine concitat. namq; eas suppriunt: si semisepta apprimantur.

De faba ægyptia. Cap. cxvi.

**F** Egyptia faba: quan aliqui ponticani vocant: in ægypto plerumq; protenit. in asie etiam sicilięq; lacubus innenitur. folia habent ampla: etiam si ad arborum frondes cōparentur. caulez cubitalem digiti crassitudine. florē roseoz dupla papaueris ampli tndine. & ybi flore exiuitur: fert folliculos locnlis similes: in quib; faba supra operculū bñllæ modo pminet. Cibotion ideo noiant: id est arcuam: qnoni am seratur ipsa. humenti glebe mandata & ita in aquā demissa radice firmatur haruidine crassiore: qnae cruda coctave estur. ei colocasię nomen est. Faba virens manditnur: & exiccata nigrescit. grecā magnitudine supat. Adstringendi facultate obtinet & stoniacho utile. dysentericis coeliacisq; pdest inspar so polente vice lomento. Datnr quoq; in pulte. Cortices in vino mulso decocti si termiti in de cyathi bibantur: magis pficient. Facit ad autum dolorem: quodiu earum medio viride spectatur: gus stu ainarum: si tritum & cum rosaceo coctum instilletur.

De leute. Cap. cxvii.

**L**ens suo cibo aciem oculorū obtundit ægre concoquitur. stomachū male habet. eūq; & intestina inflat. sed alii cum cortice cocta sistit. Pr̄estat in cibo: qnē facillime coquitur nihil atq; in maceratione reddens. vim habet adstringendi. qna ex causa aliū cohabet: si detracto autea cortice discoquatur accurate: primaq; aqua inter coquendū effundatur: quippe primū id decoctum ven-

trem resoluit. Somnia tumultuosa excitat. capiti. neruis. ac puls-  
moni inutilis. melius suo fungetur munere contra alii fluctioes  
addito cum acetō intybo. aut portulaca. aut beta nigra. aut bac-  
c. & myrti. aut putamine punicl. aut aridis rosis. aut mespills sor-  
bisve. pīris thebanis. aut malis cotoneis. aut cichorio. aut plātagi-  
ne. aut gallis integris: quē post decoctionē a biiciuntur. vel vuarū  
rhois: quē oblongis insparguntur. verum acetū cum eo diligenter  
percoquī debet: alias aluum couturbat. Contra subversionē  
stomachi trigiuta grana lentiſ delibrata deuorari proderit. Deco-  
cta cum polenta & illita podagras lenit. sinus cuī melle glutinat.  
crustas rupit. vlcera purgat. Decocta in aceto duricias & strumas  
discutit. cum cotoneo aut melilotō uedetur inflāmationib⁹ ocu-  
lorum sediqz addito rosaceo. Sed in ampio sinu aut inflāmatio-  
nibus sedis: quē uaius reūedium exigunt: cum putamine pu-  
nici ac siccis rosis adiecto melle decoquuntur. Nomis quē in gan-  
grēnam euaserint: adiuncta maris aqua. pustulis: & lis quē ser-  
punt igni sacro. pernionibusqz: vt anteā dictum est. Contra turge-  
tes mammas & vsc⁹ eo duras vt quandam cartilaginis speciem re-  
ferant: cocta iu aqua maris & illita auxiliatur.

## De phasiolis. Cap. cxviii.

**D** Hasioli instant. spiritus crient. ægre coquuntur. Virides cibo-  
aluum emollient. ad vomitiones idonei.

## De eruo: Cap. cxix.

**E** Ruum parvus frutex omnibus cognitus. angusto folio te-  
nuis. semina in valuulis habens: e quibus farina fit nomine  
eruina: ad multos uedendi vſus cōueniens. Eruum capite onero-  
sum est. aluum esu turbat. sanguinem per vrinam extrahit. elixo  
houes saginātur. Parāde farinę ratio hæc est. vberiora grana cā-  
didaqz delegūtur: p̄miscedoqz aqua respurgūtur: donec sufficiē-  
ter cōbibant. postea torrētūr: vsc⁹ dūhians cortex disrumpatur:  
molitaqz farinario cribro incernūtur. postremo farina recōditur.  
Hec alio utile est. vrinā ciet. nūclorē colorē efficit. sanguinem p-  
vesicā aut aluum cū torminibus elicīt: si largi⁹ in cibo aut potu as-  
sumatur. vlcera cū melle purgat. leuitines & vitia cutis in facie.  
& maculas. totūqz corpus emēdat. uomas. gangrenas. duriciasqz  
serpere nō patitur. maximatum duricias euollit. atra vlcera quē  
theriomata vocant: fauosc⁹ emarginat. carbunculos rumpit.

De medicinali materia.

cum vino illitum moribus visperarum. catum hominumq; medetur. vrinæ difficultates tenesmos q; ex aceto mitigat. tabidis qui alimentum non sentiunt: tostum & in nucis magnitudinem melle collectum conuenit. Eius decoctum perniones & pruritus in toto corpore sanat souendo.

De lupinis. Cap. cxx.

**L**atus lupinus notus est. cuius farina cu; melle delinctu. ant potu ventris animalia expellit. ipsi quoq; macerati & cu; sua amaritudine esitati eadem efficiunt. Decoctum eorum idem mus mus prestat cum ruta & pipere potum. quare lienosis prodest. eodem ulcera tetra que theriomata vocant: gangrenas. incipient scabiem. eruptiones pustularum. ulcera in capite manantia. utilissimes. maculasq; souere utilissimum. menses & partus extrahit cum myrra & melle subditu in vellere. Eoru farina cutis liuoresq; corrigit. inflationes cum polenta & aqua mitigat. tuberculæ & coxendicum cruciatus ex aceto lenit. Struinas in aceto consta illataq; dissipat. carbunculos rumpit. Decocti colesti aqua dos nec in liquameti crassiciem redigantur: faciem abstergunt. medetur pecorū scabiei cum radice nigri chameleontis: ita ut tepe decto abluatur. cit vlnā radix cum aqua cocta. Lupini tritū vbi maceratnd dulcescere cooperint: cu; aceto poti fastidium detrahūt: & cibū auditis faciunt. Gignuntur & sylvestres lupini satius similis: sed omnino minores: qui eadem que satui possunt.

De rapo. Cap. cxxi.

**R**apta rapa radix alit. inflationem parit. mollesq; spongiosasq; carnes creat. venerem stimulat. Decotto podagre pernionesq; souentur. contritoq; rapo atq; imposito iuuantur. si ex cauatæ radici rosaceum cæratum adigatur: & seruenti cinere eliq; scat: exilceratis pernionibus proficiet. asparagi eius decocti cu; vrinam ciunt. Semen antidotis & theriacis presertim que sensum doloris auferunt: anodyna vocant: idoneum est. potum contravenientia salutare est. venerem concitat. miria conditum niñus alimenti sufficit: sed multo magis appetitiam recreat. Sylvestre rapum in aruis nascitur. fruticosum. in cubiti altitudine assurgens. ramosum. lœue. In cacumine folia fert lœuia digitall latitudine aut malora & fructum in siliquis calycinalatis. cumq; pulpe aperitur: alia intus siliqua spectatur: quæ quandam capitum speciem p̄bet;

57  
Liber secundus.

In qua semina parvula concipiuntur foris nigra intus alba. Ad-  
ditur in medicamenta quibus ad detergendaria cutem in facie to-  
toque corpore utimur: presertim que ex lupini aut erui tritici aut  
loli farina sicer solent.

De Buniade napo. Cap. cxxii.

**O**cta buniadis napi radix inflat. modicum alit. Semen eius  
potum venenorū vires hebetat. antidotis amniiscetur. con-  
ditur sale radix.

De Radice. Cap. cxxiii.

**B**aphanus latine radix dicitur. excalsacit. flatus gignit. otis sua  
quis est: sed stomacho aduersatur. ructus ciet. vrinā pellit. alio  
aptior. summo tñ cibo sumi debet: quo magis eius distributionē  
adiuuet. cum autem presumitur: cibum subleuat. quare vomitus  
ris cōmodissime datur ante cibū. sensuum aciem excitat. Decocita  
contra veterem tussim & pituitam crassitatem in pectore efficax est.  
Cortex ex aceto mulso celerius vomitiones mouet. hydropticis cō  
modissime illinitur. licosis vtilis. sugillata. cū melle tollit. contra  
viperarum ictus auxiliatur. alopecias ad pilos reducit. lentigines  
cū loliacea farina emendat. His qui fungis strangulantur: tā cibo  
q̄ potu salutaris est. semen vomitiones facit. vrinā mouet. menses  
cit. liuenem extenuat. cum aceto potū gāgrēnas validissime emas-  
ginat. Coctus cū aceto mulso anginis perq̄ vtiliter gargarizatur.  
contra cerastis morsus potū ex vino aurdlio est. Sylvestris rapha-  
nus quā romani Armoraciam vocant: aliū montanum raphanū.  
aliū apium. aliū ifscada. aliū chamæbalanū. romani etiam radicē syl-  
vestre: ramulos tenues lunc eos duos siue tres spargit. tubētes. fo-  
liis rute sylvestris. oblongioribus. & angustioribus. semine paruo  
radice albuci rotundiore. turbinatiore pīrl figura. candido corti-  
ce. ea lacteo succo madet. Pars radicis superior vomitione bilem  
pituitamq̄ extrahit. inferior per altum. tota susq̄ deq̄ purgatio-  
nes mouet. Quod si tibi in animo est succū extrahere: radix tusa  
in fustili mergitur: & qui supernatat succus penna eximitur. Is se-  
quiobolo potus vtracq̄ parte purgat.

De Sylvestri raphano. Cap. cxxiv.

**S**yloestris raphani quā Romani Armoraciam vocant: folia  
satiuo similia: & quadam tenus lampasanam imitantur. Radix  
gracilis. tenera. subacris. tam foliorum q̄ radix in olera recipitur.  
excalsacit. vrinam concitat & stuolus.

De medicinali materia.

De Sifaro.

Cap. cxxv.

**S**isarum vulgo cognitū. cuius radix decocta ori grata est & sto macho vtilis. vrinā cīct. et appetentiam inuitat.

De Lapatho & rumice.

Cap. cxxvi.

**E**x generibus lapathi oxylapathum vocant: quod in acutum extendit prædura habens extrema non nisi in palustribus nascentes. Aliud est satium illi dissimile. Tertium sylvestre paruum. plantagini proximum. humile & tenerum. Quartum genus est qnod alii oxalida. alii anaxyrida aut lapathon vocant sylvestri ac exiguo rumici simile. caule non magno. semen e subacuto. rubente. acri. incaule & agnatis appendicibus ciliante. Omnia decocto olere aliis emollitur. crudi illitu melicerides temporis tractu discutiuntur. Sylvestris & oxylapathi & eius quam oxalida nominant: semen ex aqua aut vino vtiliter bibitur contra dysenterias. & coeliacorum affectus. stomachi fastidia. scorpionii ictus. Quod si quis in potu presumat: nihil molest ex isti patietur. Radices ex aceto coctae aut illite cruda lepras. impetigines. & scabrosos vngnes persanant. sed antea locus aceto & nitro in sole perfricari dūs est. Pruritus corporis decoctum earum sedat si foueatur: aut in soliis balnearum confricitur. Coctæ in vino & instillatae aurum dentiumq; dolorem mulcent. strumas parotidasq; discutunt. licet cum aceto extenuant. Aliqui amoliendis strumis radicis gestamine vtuntur eas collo appendentes. tritæ & iunctæ foeminarum prostruua sistunt. cum vino autem potæ regio morbo mendetur. calculos vesicæ comminuant. menses clent. scorpioum ictibus auxillantur.

De lampasana.

Cap. cxxvii.

**L**ampasana quod Rōmani napīm vocant. sylvestre olis est. plus alit q̄rumex. & stomacho vtilis. Cuīns folia caulesq; coquuntur in cibo.

De Hyppolapatho. Cap. cxxviii.

**H**yppolapathon olis est magnum. in paludibus nascēs. casde habet vīres quas supradicta rumicis genera.

De Bunlo napī genere.

Cap. cxxx.

**B**unlon aliqui actiuam vocant. alii anemosphoron. magi pas radachry. egyptii erxonē. romanis scopā regiam. aphri zigar aut tempso. caulem emitit quadranguln̄ & in eo foliosos ramulos. tenues. prætenuis foliolis & flosculis scatētes. longitudine

Liber secundus

digitali. folia propter radicē apio similia: sed multo tenuiora: & q̄ modo quodā folia tribuli imitantur. flores anethi. scinē odoratū minus hyoscyamo. Excalfacit bunion. vrinā ciet. secundas detrahit. lieni. renibus. & vesicæ vtile. eo humenti aridove vtūtū exēpto radice & caulis succo ex aqua mulsa.

De Blitto. Cap. cxxx.

**B**litton ægyptii echlotoripam appellant. alii riplam. romani blitum. daci bles. Olus est alio vtile nullius in medicina nosmienti.

De Malitia. Cap. cxxxii.

**M**Aliam hortensiam pythagoras antem vocavit. zoroastres diadema. ægyptii cochortem. magi lienem capre aut murtis vrinā. Satina eius lōge aptior sylvestri. stomacho aduersatur. alnū fumat: sed multomagis caniles. interaneis & vesice utilis. Cruda folia cū salis exiguo manducata ægylopas ex mielle sanat. verū cum cicatricē trahere cooperint: ea demū cītra salem vtendū est. Cōtra aculeatos apiuꝝ vesparumq̄ ſcītū illita efficax est. eadem cū oleo trita peruncti non feruntur. vlecia manātia in capite furfureq̄ cum vrinā sanat. ſacrī ignibꝝ & ambustis decocta folia tritaq̄ vtūtissime exoleo imponuntur. Eius decoctū vluvas inſelliōe mollit. Prodeſt erosionibus vesice & intestinorū. vulnq̄. ſed iſq̄ clyſter ī fulsum. Ins decocte cū radice ſua contra omnia venena auxiliatur: ſi continuo a bibentibus reuomatut. cōtra phalāglorū morbus remedio eſt. lac enocat. Semen in uino potum addito loti ſyſueſtris ſemine vesice cruciatus lenit.

De Attriplice. Cap. cxxxii.

**A**Traphaxiū aliqui Chryſolachanon vocant. romanī attripli. cem. ægyptii ochi. cognitum olus eſt. Duo eius genera. sylvestre & ſatīnum. coctum eſt ut olus. alium mollit. panos diſcutit ſine crudum ſine coctum illinatur. Semen cum aqua mulſa potum regium morbum sanat.

De Brassica. Cap. cxxxiii.

**R**amben Romanī brassicam vocant. ea alio eſt idonea: ſi modo leuiter feruefacta edatur: nam percocta aliud ſiſtit: ſed multomagis bis cocta: ant que in lixiu coquitur. ſtominachū autem male habet. aciōr eſt xſtiua. In ægypto propter amaritū diuem non eſt. excentientibus & tremulis eſſe prodeſt. Summo cibo ſumpta crapanā diſcutit: & vini noxaꝝ reſtringuit. melior ſo-

De medicinali materia.

macho cyma: sed acrior & ad clendum vrinā validior. ea condita stomacho inimica est. alium conturbat. Crudus succ<sup>o</sup> cum nitro & iri deuoratus alium emollit. cum vino quoq<sup>z</sup> epotus viperarū morsibus auxiliatur. cum fœnogræci farina podagrīs & articulo-rum vitiis illunitur. Prodest & sordidis ulceribus & vetustis illitus. caput purgat naribus insuis. menses extrahit cum loliacea fari-na insiditus. Folia per se se aut cum polenta trita conserunt inflama-tionibus tumoribusq<sup>z</sup>. epinyctidas. ignē sacrum. leprasq<sup>z</sup> sanant. carbunculos ex sale rumpunt. fluentes capillos retinent. cocta ad dito melle aduersus depascentia ulcera gangrenasq<sup>z</sup> valent. lienosq<sup>z</sup> ex ace to cruda prosumunt. mansa deuorato succo retusam vocē instaurant. Decoctum eius potu alium & meuses ciet. Flos post conceptionem in pessō subditus partus spem adimit. Semen ei<sup>z</sup> præsertim que in ægypto nascitur: potum tincas repellit. in anti-dota cœliacorum additur. faciei cutem lentiginesq<sup>z</sup> expurgat. Vi-rentes caniculi cum radice icremati & adipe porci vetusto excessi diuturnos laterum dolores mitigant.

De sylvestri brassica. Cap. cxxxiii.

**S**yliestris brassica: quam romani rusticam appellant: mariti-nis præruptisq<sup>z</sup> locis magna ex parte gignitur satiue similis: sed candidior hispidiorq<sup>z</sup>. amara. cuius cyna in lixiuio cocta ori-non insuavis. folia illitu vulnera conglutinant: & inflammatio-nes tumoresq<sup>z</sup> discentiunt.

De brassica marina. Cap. cxxxv.

**M**arinæ brassica a satiua prorsus abhorret: q<sup>z</sup> folia ferat rotun-de aristolochie. prelonga. tenuia. singula a ramulis rubenti-bus exenit singulari ut hædera stilo. habet lacteum succum. sed paucum. falso gustu & aliquantum amaro. pingui cōpage. herba in totum stomacho inimica. acris. vehementissime alium ciet in cibo cocta. Coquitur propter acrimoniam cum pingui carne.

De beta. Cap. cooxvi.

**B**eta duorum generum est: e quibus nigra coquitur cum lenti-cula: vt ventre sisstat: quod magis radice eius prestatur. Cād-la aliud utilis est. vtragi tamen propter nitrolum humorem quē habet in se: noxi succi est. vnde succus earum cum melle naribus insiditus caput purgat. aurium doloribus auxiliatur. Decoctum ra-dicis & foliorū surfurtes lētesq<sup>z</sup> deterget. perniones fotu mitigat.

53

### Liber secundus.

Crudis foliis & itiligines nostro antea perfrictas alopeciarū inanitates atq; depascentia vlcera illini prodest. eruptionibus papularū igni sacro. ambustisq; costa medetur.

De Portulaca sylvestri.

Cap. cxxxvii.

**S**yliestrī portulaca quā aliqui aizoon sylvestre vocāt: alii telephion. roinani illeceb̄ā. aliqui portulacā aphrimoen. daclax. egyptii mochnum. foliis pusillis ad satiū accendentibus. hirsutis. latioribus. Nascitur in petrosis: non nūc in hortis. foia olea habet minorā multō. plura & tenera. rubetes caulinulos ex una radice multos in terra sessiles: qui manducati bonū succū patiunt. viscosi & aliquantum falsi. Vis ei excalfactoria. acris. exulte rans. discnit stirumas cum axungia illita.

De Portulaca.

Cap. cxxxviii.

**P**ortulace vis adstringit. capitis doloribus. inflammationib⁹ machi. sacro igni. vesicę doloribus auxilio est. commandicata cētiūni stupores sedat. stomachi & intestinorum evulsionem fluetionesq; inulcet. renes & vesicā adiuuat: etiā si erosionē sentiant. venēris impetus exoluit. Succus eportus simili effectu prodest infibrib⁹ valens. cōtra teretes ventris tineas. cruentaz excretionē. dysenteriā. hemorrhoidas. & pfluua sanguinis percocta efficax est. Itē contra sepiς morsus. Ocularibus medicamentis utilissime cōmiseretur. interaneis functione laboratisbus atq; vulnerum erosionibus infunditur. contra dolores quos aestus excitauit: capit ex rosaceo & olco souetur. eruptiones papularum in capite cum vino emendat. Vulneribus que ad syderationem spectant: ex polenta illinitur.

De Asparagis.

Cap. cxxxix.

**A**sparagus quem aliqui petreōn. alii myacantham. alii myon vocant: vulgo notus est. Huius caulis in cibo ventrem emolliunt. vrinam client. Radicis decoctum contra vrinę difficultatem. regium mordum. renum vltia. & coxendicum cruciatus in potu proficit. cum vino autem phalangiorum morsibus auxiliatur. Si decocti succus super dente contineatur: eius dolori medetur. senien ad eadē valet. Canes vt aīnūt: si decoctum bibant: emoriuntur. asparagum etiam nasci prōdiderunt arietis cornib⁹ contusis atq; defossis. quod quātum equidē sentio: plane a veritas

gii

te abhorret. is tamen asparagus multis ramis fruticat. foliis scen-  
culi numerosis. radice rotunda. grandi. tuber habete. Huius tene-  
ri caulinis triti in vino albo renum dolores sedant. Asius autem  
coctus ve vring stillicidiū difficultatēq; ac dysenterias mitigat. Ra-  
dix cū vino aut aceto cocta laxatos artus mulcet. cum ficsis aut ci-  
ceribus sumpta regium morbum sanat. coxendicis cruciatus stran-  
guriāq; leuat. alligata radix aut haustum eius decoctum cōceptū  
admitit. & sterilitatem adfert.

De plantagine.

Cap. cxl.

**P**rognosson aliū arnion vocant. aliū probation. aliū cynoglos-  
son. aliū heptapleuron. aliū polyneuron. magi eurechueno-  
na. ægyptii asonth. romani plantaginem. hispani thesaricam. poe-  
ni aturcon. Dno eius gener. minor folia habet angustiora. mino-  
ra. molliora. lēniora & tenuiora. caule anguloso in terra sessili. flo-  
ribus pallidis. semine summis canibns emicante. Altera maior  
& virulentior. latis constans foliis. olerum generis. cuius caulis cu-  
biti altitudinem petit. angulosus. subruber. a medio ad verticem  
tenui semine circumdatus. Radicibus nititur teneris. hirsutis. can-  
didis. digitum crassitudine & quantibus. Nascitur in lacunosis. se-  
pibus. & locis humidis. multo utilior magna est. Vim habent fo-  
lia exicatoriam. constringentem. quare omnibus malignis vlcē-  
ribus & fluctioni opportunis atq; elephanticis sordidisq; illita p-  
sunt. profluua sanguinis. vlcera que serpunt. epinyctidas. carbū-  
culos. nomasq; cobibent. vetera vlcera & inæqualia cicatrice ob-  
ducunt. chironia sanant. sinus conglutinant. morsibus canis. ami-  
bustis igni. inflammationibus. panis. parotidibus. strumis ægypo-  
pīs illita cum sale prosunt. Coctum cum aceto & sale olus dysen-  
tericis. coelacisq; sumptum subuenit. datur & in loctum betae cu-  
lentica coctum. in lençophlegmatia inter aridas epulas herba  
decocta datur. comitalibus & sup̄p̄t̄losis data proficit. Foliorum  
succens collinta subinde oris vlcera purgat. cum cymolla aut ceru-  
sa igni sacro medetur. fistulis infusus prodest. lippitudinibus & au-  
riumi doloribus idem succus instillatur. additur quoq; in oculo-  
rum collyria. gingivis crnore suffusis. & sanguinis refectionibus  
potu confert. clystere dysentericis infunditur. Contra tabem das-  
tur in potu. aduerrsus strangulationes valvæ in vellere sua  
būcitur: etiam si vulva flunctione laboreb̄. Semen ex vino potum

Liber secundus

alii fluctions & sanguinis excretiones sicut. Decocta radix & mā ducatu & collutione dentium dolores sedat. eadem cum foliis vla ceribus renum & vesicæ in passo datur. Ferunt treis radices cum tribus vini cyathis & pari aq[ue] modo tertianis auxiliari: & quatuor quartanis. sunt qui radicis gestamine discutēdis strumis vtā tur. Syri ius plantaginis & calaminthe cum melle produntis inde deri: quos vires deserūt. datū die secunda. & quarta. & paraſceue id est veneris die. Hoc autem veluti arcanum: quod veraci experientia compertum est.

De Lanere seu sio. Cap. cxli.

**S**ion quod in aquis est: aliqui aquatilem anagalida. alii darem. nion. alii auer. alii schinon aromaticum vocant. In aquis inueniuntur. frutice pingui. recto. foliis lati. holus atro similibus. sed minoribus & odoratis. Quæ cruda costisq[ue] esu calculos rumpunt: atq[ue] excernunt. vrinas cident. menses & partus extrahunt. dysentericas in cibo auxiliantur. De sio craterias tradit. herbam esse fructis specie. pauca folia ferentem. rotunda. malora q[uam] mente. nigra & ad erucam accedentia.

De Sisymbrio. Cap. cxlii.

**S**isymbrium aliis serpyllum vocant: alii veneris coronam. romani veneream. aut eusteralem. In solo inculto nascitur mentæ hortensis similitudine. odoratus. latiore folio. infertilis coronis. Galfaciendi vim habet. contra sillicidia vrinx calculosq[ue] semen ex vino bibitur. tormina & singultus sedat. Folia in capitib[us] dolore fronti aut temporibus illuntur. item contra vesparum apiumq[ue] itus. vomitiones potu cohibet.

De altero sisymbrio. Cap. cxliii.

**A**lterum sisymbrii genus. quod aliqui cardaminam. alii sison appellant. Ea herba riguis gaudet & eisdem in locis: quibus sion provenit. que ideo nonnullis cardamina nominatur: q[uia] gustu cardamum: idest nasturcum representet. Folia primum rotunda prodeunt: adulta erucæ modo finduntur. id excalfacit. vrinas mouet. crudum estur. purgat lentigines. cutisq[ue] vitta in facie noctibus impositum matutinissimq[ue] detractum.

De Crithmo.

Cap. cxliii.

g. iii

**C**irthmum seu potius ut aliqui crithainon fruticosa hærbula est cubiti altitudinem petens. Nascitur in maritimis & petrosis. Foliis pinguibus numerosis. albicatisbus veluti portulacæ crassioribus & longioribus. falso gustu. Flores cædidi sunt. & semine cœutoris marini odoratum. molle. rotundum. quod siccatur rupitur. Habet inter semine rufum. radices digiti crassitudine tres aut quartuor gratia odoris & incandi. Radix. semen. & folia incocta vino. potu virinæ difficultati & regio morbo auxiliatur. mæles carent. clusur crudum coctum in holere. seruatur etiam in muria.

De coronopo. Cap. cxlv.

**C**oronopus aliquibus ammonos. aliis astrion. pœnis atarsitæ. romani caciatrix. aliis stilago. aliis sanguinaria dicitur. ob longa hærbula est per terræ repens. fissis foliis. coquuntur in holere. Radice habet tenuem. adstringentem. que in cibo coeliacis facit. Prouenit in semitis. iuxta domicilia & locis incultis.

De cicerbita seu soncho. Cap. cxlvii.

**S**onchon asperum aliqui cichorium vocant. romani cicerbita. Stom asperam. aphri gathonem. Huius duo genera. sylvestris or magis spinis horret. Alter teneritate quadam mollescit. cibis expeditus. angulo caule interdum rubicante. foliis in ambitu per interualla dissectis. Vtriusq; vis refrigerat. modice adstringit. Vnde restuanti stomacho & inflammationibus prosunt. Succus eorum stomachi tensiones sorbitione mitigat. Tam hærbæ raddix illata vibratis a scorpione ictibus subuenit. Alter sonchus tenerior arboris instar latis constans foliis. Enim qui ramos habet. folia distinguit: sed ad eadem pollet.

De intubis & seri. Cap. cxlviii.

**S**atuam setin alii picrida appellant. ægypti agon. romani intubum. Dunum generum est. altera sylvestris: que picris & cichoriorum vocatur. alter latioribus foliis constat. stomacho quam hortensis utilior. Quæ sterno in duas species digeruntur. una folio latiore prodit lactucarum simillima. altera angustiore est folio & gustu amara. Vtraq; refrigerat & adstringit. stomacho utilissima. aluum fistit cocta: si cum aceto adsumatur. Sylvestres stomacho meliores: quandoquidem restuante ipsum & quem imbecillitas vexet: leniunt. Cardiacis per se aut cum polenta utiliter illintuntur. podagræ & oculorum inflam-

mationibus auxilio sunt. Herba cum radice illita percussis a scorpione subuenit. igni sacro cum polenta medetur. Succus cum cerasa & acetō valet ad illitus eorum: quæ refrigerationem desiderant.

De condrilla. Cap. cxlviii.

**C**ondrilla quam alii cichorion. alii serin appellant. caule. foliæ. res. & folia habet cichorio similia. qua ex causa nonnulli sylvestris intubis speciem esse primitur. verum tenuior tota est: in eius ramulis gumi mastices simillimum tuberculo fabè inueniri solet. quod cum myrrha tritum & linteo appositum instar oliue coquinarum menses trahit. Tusa cum radicibus tota adiecto melle diuiditur in pastillos: qui nitro ammisi vitiligines emaculant. Gumi inordinatos pilos replicat. quod item tenera radix efficit: si intacta succo acus pilis admouetur. contra viperas in viuo pota proficit. Succus decoctæ in viño aut per se pota aluum sicut. Aliud habetur condrillæ genus foliū ferens oblongū. circumrotundū. humi sparsum. caulem succo madentem lacteo. radice tenui. rotunda. leui. vegeta. flauescente. succosa: cuius & caulis & folia concoquendivim habent. Succus incommodos palpebrarum pilos reflectit. Nascitur in latetis & cultis.

De cucurbita. Cap. cxlix.

**C**ucurbita eius apta. cruda illitum tumores & abscessus mitigat. ramenta eius infantibus contra capitis ardore: quā syrinam vocant: in sincipite illinuntur. oculorum inflammations podagræ refrigerat. Succus e ramentis tuis per se aut cū rosaceo in fusus aurum doloribus auxiliatur. adustiones cutis illiti adsumat. Totius feru factæ & expressæ succus cū melle exiguo & nitro potus aluum leniter resoluit. Vintum in cucurbitam recente excutia infusum situm sub diu teneatur: potu aluum leuigabit.

De cucumere satuo. Cap. cl.

**S**atiuus cucumis aliud & stomacho perq; utilis habetur. refregerat: qui corruptionē non sentit. vesicæ pdest. olfactu reuocat: quos animus liquerit. Semen modice vrinam mouet. cum late aut passo vesicæ exulcerationibus subuenit. Illita cum vino folia morsus canum saiant: & epinyctidas cum melle.

De pepone. Cap. cli.

De medicinali materia.

Similis: sed brevior, minor. Radix illita ægilopia sanat. sunt q̄ hel  
xine muris auriculam vocitent.

De glasto satiuo. Cap. ccv.

**T**Satis sativa aliquibus augion, magis arusion, romanis glutin  
aut glastum dicitur. glastum quo infectores lanarum videntur  
folium habet plantagini simile: verum pinguis nigrusq; cuius  
caulis dum cubitorum altitudinem excedit. Illita folia tuniores  
omnes discutiunt, cruenta vulnera glutinat, sanguinis profluua  
sunt, ignem sacrum, phagedenas, putrescentia vlera; & que ser  
punt: sanant.

De sylvestri glasto. Cap. ccvi.

**S**ylvestre glastum satiuo simile est. Folia sunt maiora lactucis  
proxima, caules pretennes, multifidos, rubicantes: in quorum  
cacumine folliculi pendentes quandam linguarum effigiem refe  
rentes: in quibus semine. Flore tenui, luteo, eadem que & supradicta  
est prestat, potu & illi suos auxiliatur. Sed sciendū est: ne tra  
dita errorem pariant: satiuum glastum luteum florem, tenuiores  
multifidosq; ramulos proferre, in cacumine aut folliculos linguis  
specie representantes: in quibus semen continetur melanthio si  
mile, cauleq; supra binū cubitorū altitudinem attollit. Sylvestre ve  
ro nigriora ferre folia, caule minorem sed crassiore, flore purpu  
reum aut ceruleum, fructum cruciformem, asperū in quo semine fo  
līis exilibus quinque pertito diuisum.

De telephio. Cap. ccvii.

**T**elephium aliqui sylvestre sempernimum, alii portulacam syl  
vestrem appellant, romani illecebram, ægyptii anoth, aphri  
tropurin. Herba portulacea similis & caule & foliis habens ge  
minas alas singulis foliorum geniculis inherentes: a quibus ra  
mis seni septeni vel fruticant, a radice referti ceruleis foliis, crassis  
lentis, carnosis, flore luteo aut candido. Nascitur, incultis & ma  
xime inter vitæ. Tempore vero folia senis horis illita albam vi  
tiliginem sanant, sed postea hordacea farina illini debet, peruncta  
etiam in sole vitiliginem tollunt, sed ubi in aqua ruit abstergitur,

Pedacii Dioscoridis Anazarbei De medici  
nali materia secundi libri.

FINIS.

PEDACII DIOSCORIDIS ANA  
 zarbei de medicinali materia Liber  
 tertius.Ioanne Ruellio suessio  
 nensi interprete.



Vperioribus charissime Ati conimētaris tractidimus de aromatibus.vnguentis.oleis.arboribus.& prodeuntibus ex eis fructib⁹ & lachrymis.item de animalibus.frumentis.oleribus & herbis acrimonia preditis.in hoc autem tertio de radicibus.succis.seminibus.herbis que & veracula consuetudine usurpatur; queq; plurib⁹ scatent remediis:differemus.

De Agarico. Cp.i.

**A**garicum radix fertur laserpitio similis: sed facie summa foliata & fimbriata tota.Duo eius genera.femina rectis venarum discursibus constat,mas rotundus est & vndiq; compactior.Vtriq; gustus in initio dulcis:mox in amaritudine transit sarmaticē in aquifolia prouenit.sunt qui radicem esse plantę affirmit: aliū vt fungos nasci in arborum caudicibus quadam putredine.Gignitur in galatia aīc contermina.& cicilia in cedris: sed friabile & infirmum.Adstringendi calfaciendiq; naturam habet, contra tormenta & cruditates.rupta precipitationsq; efficax.datur duobus obolis in viro mulso febrim non sentientibus.febriculosis vero in aqua mulla.arquatis quoq;.inspiriosis.iocineris resnumiq; vitio laborantibus.dysentericis.item si vrina ægre reddatur:si vulue strangulatus vrgeat.si pallor nœbra decolore:drachma vna dari solet.Si tabes infestat:ex passo.si lien negocium exhibet:ex acetō mulso.si dissolutio stomachi est:ita vt cibi tenax non sit:maniditur.& sine vlla humoris sorbitio deuoratur.simili modo acide rustantibus propinatur.sanguinis refectiones sistit trib⁹ obolis ex aqua sumptum.facit ad coxendicum & articulorum dolores & conitiales morbos:si cū acetō mulso pari pōdere assumatur.menses cīct.fœminis quas in flatio vulue vexat:utiliter equa hī modo datur.rigores soluit datū ante febriū significatiōes.alii purgat drachinavna aut altera:si cū aqua nulla bibatur.veneno rum antidotum est drachmē instar cū diluta potionē sumptum.

De medicinali materia.

Si serpentes istum vibrarunt: morsusque subfixerunt: tribus obo-  
lis ex vino potu mire auxiliatur. iu suminia internis omnibus vi-  
tiis conuenit pro viribus & aetate datum. nunc ex aqua. nunc ex  
vino. iis ex acetato mulso. aliis ex aqua mulsa.

De rapontico. Cap. ii.

**R**Ha aliqui rheum. aliqui rhism. latini raponticum vocant. p-  
uenit in his que supra bosporum sunt regionibus: ex quibus  
affertur. Radix nigra centaurio magno similis: sed minor & ruffi-  
or. fungosa. aliquantum leuis. sine odore. Optimum habetur qd  
teredines non sensit: si gustatu cum remissione lentescat: mandu-  
catumque colorem reddat pallidum aut ad crocum inclinatemi. Id  
epotum facit ad inflationes. stomachi imbecillitatem. & omne ge-  
nus dolores. ad conuulsa. lienosos. hepaticos. tornina. ac renum  
vesic & pectoris vitia. aduersus fuitenta precordia & vulue mala.  
coxendicum dolores. sanguinis excreciones. suspitia. singultus.  
dysenterias. & celiacorum affectus. contra febrius circuitus & ve-  
nenatorum morsus. Datur in singulis valetudinibus eodem quo  
agaricum pondere & cum eisdem liquoribus. si febri careant: in  
mulso. si alter: ex aqua mulsa. si tabe experientur: ex passo. si lies-  
nis exercent: in acetato mulso. Si dissolutio est stomachi: id est cu cibis  
tenax no est: maditur: & sine sorbitione villa deuoratur. Liuetia li-  
chenasque tollit cu aceto illitus. in flaminationes oes veteres ex aqua  
oblitum dissipat. Summa eius vis adstringens cum aliquanto calore.

De gentiana. Cap. iii.

**G**entianam aliqui centauriam radicem. alii aloen gallicam. alii  
narcen. alii chitonion. dardani alostin. romani genus aut cis-  
cendiam. alii ciminalem vocant. Huius inventio prima signatur  
gentidi illyortum regi: a quo cognomentum habuit. foliis pxime  
radicem iuglandi plantagi nive similibus. subrubetis. a medio cau-  
le praesertim iuxta cacumen paulum dissectis. caule cauo & inani  
digiti crassitudine geniculato: & ex interuallis majoribus foliato.  
binum saepe cubitorum. Semine in calycibus lato leui paleaceo  
satis ad sphondilii semen accidente. radice longae aristolochiae cras-  
sa. amara. nascitur in sublimibus montium iugis. umbrosis locis.  
aquosisque. vis radicis excalfactoria & adstringens. contra morsus  
serpentium duabus drachmis cum pipere ruta & vino pota auxi-  
xiliatur. Extracti succi drachma laterum doloribus. & ex sublimi

deuolutis. ruptis. & connulsis prodest. hepaticis & stomachicis pota cum aqua subuenit. Radix collyrii modo subdita partus efficit. Imposita ut lycium vulneraria est & ulcerum cuniculatum depascet. tium medela. Succis praecipue eodem effectu prodest. oculis inflammatione laborantibus illinitur. pro meconio collyriis acribus iminiscetur. Radix vitiliginem absterget. succi extrahendi ratio haec est. Contusa radix quinq[ue] diebus aqua maceratur. postea in eadem tantisper decoquuntur: dum extent radices. & vhi refrixit aqua: lintheo excolatur. mox discoquuntur: dum mellis crassitudo fiat: sicutiliq[ue] reconditur.

De aristolochia rotunda. Cap. iii.

**A**ristolochia rotunda nomine ex eo sibi adoptauit: q[ui] existime tur optime puerperis opitulari. Trifolia eius genera traduntur. vna quæ foemina vocatur foliis hederaceis. præstanti odore cum acrimonia. mollibus. subrotundis. multis ab una radice geruntur. geruntur. prælongisq[ue] palmatisbus. flore candido tanquam pileolo rubro graunter olente.

De aristolochia longa. Cap. v.

**A**ristolochia longa mascula appellatur. nonnullis dactylitis. aliis melocarpos. aliis teuxinon. latine aristolochia longiore q[ue] rotunda folio. tenuis b[ea]ra inulis dodratalibus. flore purpureo grauster olente: qui marcescens in piri similitudinem conformatur. tuberibus radicum rotundis ut rapum. Longæ vero radix digitis crassitudinem & palmi longitudinem implet: non unq[ue] paulo gravis adolecit. Anib[us] colore intus binxeo. gustu amaro & graui. Est etiam inveniuntur tertia longa: que clematitidis vocatur ramulos habentes tenues refertos foliis subrorundis minori semper vino similibus. flores rufæ. pliores. radices longiores. tenues. crasso cortice odoratoq[ue] vestitas vnguentorum spissamentis conuenientes. Rotunda ceteris venenis resistit. Longa vero aduersus angues & venenam drachmæ pondere ex vino bibitur & illinitur. pota cu[m] pi pere & myrrha meuses. partus. & omnia vulnera onera efficit. eadem efficit subdita in pessu. Rotunda ad eadem pollet. insuper singultibus. suspiriis. rigoribus. liceti. cōnulsis. lateruum doloribus pota cu[m] aqua singulariter auxiliatur. aculeos & spicula extrahit. ossium squamulas illitu admittit. ulcera putrida exest: & folidata expurgat. caua cu[m] iri & melle explet. gingiuas & dentes ex-

De medicinali materia.

tergit. Clematis ad eadem pollere creditur: viribus tamen inferior est. Appellatur a quibusdam ararisa & melecaprum, ephesios, lestitis, pyxieonix, dardanion, iontitis, gallis theximon, ægyptiis solophoeph, sicutis chanæ melon, italis malum terre, dacis absinthium rusticum. Nascitur in montibus & calidis locis aut campestribus & petrosis, ad grauem febrim efficax est: si nidore subditis carbonib[us] febricitans sufficiatur: febris lenabitur. vulnera impositu sanat, carcinomatis narini cum cypiro & draconice, si semine & melle prodest. rigoribus medetur costa in oleo aut adipe suillo illata.

De dulci radice. Cap.vi.

**G**lycyrrhizam aliqui ponticam, alii glyceraton, quidam symphyton, alii leonticā, aliū glycyphyton, alii scythion, alii adipsalon, alii sylithram, alii lybistason, alii om̄enom̄eon, alii peenthaom̄eon, latini dulcem radicem appellauere. Plurima gignuntur in cappadocia & ponto. Fruticola est, ramis binum cubitorū altitudine assurgentibus, foliis lentisci, densis pinguis, tactuq[ue] gummiosis, flore hyacinthi, fructu pilularū platani magnitudinis, asperiore: qui siliquas lētium modo habet ruffas & parnas, radibus longis ut gentianę, coloris buxei, subacerbis & dulcib[us]: que densantur in succum lycii exemplo. Is in arteriæ scabria efficax habetur: verum oportet ut lingue subditis eliquescat, restuati stomacho, thoraci ac iocineri conuenit. Sanat vesice scabiem & renū dolores cum passo potus, item eliquatus fistim sedat, vulneribus illitus accommodatnr, commadnacatus stomacho prodest. Recens radicis decoctum ad eadem conuenit, eiusdem farina pterygis is commodissime inspargitur.

De centaurio magno. Cap.vii.

**C**entaurium magnum aliqui narcen vocat, alii limne sion, alii maronem, alii plectrioniam, alii chirouiam, aliū linnestin, magi herculis sanguinem, romani fel terre. Folia habet iuglādis oblonga, viridi brassicarni colore, ferrata in ambitu, caulem ceu ramicis binum aut ternum cubitorum multis ab radice adnatis: in quibus capita ceu papaverum, in rotunditate oblonga, flos cernens, semen cnico simile floccis quibusdam immolutum. Radix crassa, grauis, solida, tripedalis, succo prægnans cum adstrictione aliqua & dulcedine acris & rubescens. Amat solū pingue & apricū,

Libet secundus.

ac sylvas & colles. copiosissima est in lycia & peloponneso. in arcadia. helide & messenia pluribusq; locis circa pholoen lyciam & smyrnam. Radix conuenit ruptis. conuulsiis. pleuriticis. halitus difficultati. veteri tussi. sanguinem expuentibus: drachmis duabus trita datur: si febris sit in aqua: cæteris in vino. Item ad tortuina & vulnæ dolores. Raimenta eius in collyrii formam vulnæ subdita menses atq; partus extrahunt. Succus eadē præstat. vulneribus pdest. nam recens tusa aut arida ante madefacta ea glutinat & coiungit. carnes coalescunt: si tusa simul decoquatur. in lycia succus exprimunt: quo plyrio vtuntur. Panacia appellata est: qm omnia mitiget vitia: quæ inflammationem minantur: plurimisq; seateat re mediis. pulsationes vulnerum. vrinæ sillicida. calculosorum cruciatus clystere immissa sedat. Legitur matutinis sole ad ortu spestante hora diel pura cum omnia complentur.

De centaurio minore. Cap.viii.

**Q**uentaurium minus eis qui limnessioni. alleboriten. alii amaran ton. magi herculis sanguinem. leuini febrifugam. alii auram. multi radicem. dacis tu bellam appellat. Limnession aliqui vocauerunt: quoniam rsgua amet loca. Herba origani aut hyperici similis. caule anguloso palmum excedente. flore lychnidis e puniceo in purpuram vergente. foliis ruta prælongis & paruis. fructu tritico simili. radice pusilla. leui. & superuacua: quæ gustanti amaritus dinem adserit. Hærba recens tusa suo illitu vulnera conglutinat. vetera ulcera purgat: & cicatrice obducit. blem crassosq; humorres per aluum exigit: si decocta deuoretur. Ius decocti ischiadicis conuenientissime infunditur. Trahit enim sanguinem: & dolores leuat. Succus oculorum medicamentis perq; utilis: si quidem cuiz melle caliginem oculorum expurgat. in vellere appositus menses & partus extrahit. epotus peculiariter neruorum vitis succurrit. Legitur semine prægnans & diebus quinq; madefacta decoquitur: donec superemineat aqua. inox ubi refrixit: in theolo exprimitur: & electa herba iterum decoquitur: usq; dum mellis crassitudinem habeat. Nonnulli eam recentem grauidamq; contundunt: atq; succum fistili non picato exprimunt: & in sole lignea rude assidue mouentes inspissant. quod si quid concretum saudibus vasis adhærescat: deradunt: reliquoq; humoris permiscent.

## De medicinali materia.

noctu diligenter operiunt: namq; ros nocturnus liquores coalescere non sinit. Quę autem siccis radicibus aut herbis liquamēta ex primuntur: decocta ut in gentiane mentione retulimus: preparatur. sed qnē ex corticibus humidis aut contusis herbis factitatur: in sole vti ante dictum est: coguntur. Sic et tapisia: sic et inādragora: reliquiasq; similios succus: sic ex acerbis viuis melligo elicitur. lyctum tamen & absinthium hypocistis & cōsimilia decocta eo quo diximus modo: coguntur.

De chameleone albo.

Cp. ix.

**Q**uam cardus varinus. ægyptiis ephebar dicitur. aliis ephthoschin. Ixiam ideo aliqui vocanere: q; quibusdā in locis viscosum circa radicē inueniatur: quo pro maiestate vtuntur mulieres. Folia habz syllabo aut carduo similia. asperiora. acutiora. nigroq; chameleone validiora. Caule non prouidit: verū ex medio spinas echini marini aut cinare modo erigit. Flores purpureos veluti papporum lannigines emittit. semen crnicile. radicē in letis collibus crassam. in montosis vero graciliorem. in profundo albā aliquatenus aromaticā. graui odore dulcem. Quę pota acetabuli mensura latas interancorum tineas pellit. bibitur autem in vino austero cum origani feruefacti succo. hydropicis commodissime drachma in vino datur. etenim eos extenuat. Contra difficultatem vīngē decockut propinuatnr. hansta in vino serpentīū venenis resistit. occidit canes & sues. mures item necat subacta cum polenta aut aqua & oleo madefacta.

De Chameleone nigro.

Cp. x.

**Q**uam chameleo niger quem pancarponi aliqui. aliis vlophonon. alias ixiam. aliis cynomazon. aliis ocimoides. aliis cnidion coccō. ali cynoxylon. latini carduum nigrum aut vernilaginem: ægyptiis sobel vocant: foliis scolymo similis esset: nisi minor. tenuiora q; ac rubro distincta viderentur. Caulem emittit dodrantalem crassitudine digitali subruberum: & in umbella flores spinosos. tenues. hyacinthi ramulos. versicolores. radice crassa. nigra. densa. internum exesa. que dissecta flauescit: & commaducata mordet. Prouenit in capestribus siccis & clivosis tractibus & maritimis. Radix trita addito atra menti futori exiguo cedrino oleo & axugia scabiem abigit. eadem cum sibi sulphur & bitumen asciuit: &

Liber tertius.

& cocta in aceto illinitur: impetigines absterget. Decoctum collatione dentium dolorem mitigat. cum pari pipere & cera oblitera radix dolenti denti auxiliatur. Radice cocta & in aceto decocta de-tes fuentur. eos quoq; frangit: si scriptorio stilo feruēs admoueat. vitia cutis in facie vitiliginesq; cum sulphure emendat. erode tibus medicamentis amnisetur. phagedenias tetricas vlera illis-tu sanat. Quare chamæleo vocetur: a varietate foliorum euenit. mutant enim cum terra colorem. hic viridia. illic albicantia. aliua-bi cœrulea. nonnusq; rubra inueniuntur.

De crocodilo. Cap.xi.

**C**rocodilium chamæleontis nigri figuram habet. Nascitur in sylloysis radice longa. leui. aliquantum lata. odore ut nasturci acuto. Feruefacta in aqua & pota radix sanguinem copiosum. pinares pellit. Datur licenosis eos euidenter adiuuans. Semē ei ros-tundum inest duplex ut scutū: quod suapte vi vrinam ciet.

De labro veneris seu dipisco. Cap.xii.

**I**psacum aliqui crocodilium vocant. alii chamæleonem. alii onocandion. alii veneris lauacrum. romanī labrum veneris. alii carduum veneris. ægyptii seseneor. alii chir. alii meleta. daci sciarai. aculeatarum generis est. Caulem habet altus spinis horridum. folia lactucæ. aculeata. prelonga. bullas intus & extra spinosas in dorso medio binis foliis geniculatim caulem amplectenti bus. concauo alatum sinu: in quo imber aut ros asseruetur: unde dipisci quasi sitientis non omnem traxit. In cacumine caulis singula surculis capitula insunt oblonga. echinata spinis: quæ arefacta cædida spectatur: dissectaq; medulatus vermiculos ostendunt. Sænat rima sedis fistulasq;: si tusa & decocta in vino radix usq; dum sit crassitudo cœrc: immittatur medicamentum recta pyxide recon-ditū. Aliunt formicationibus verrucisq; pensilibus remedio esse. Vermiculi capitulo rum in folliculo alligati collo aut brachio ap-peusi produntur quartanis febribus remedio esse.

De spina alba. Cap.xiii.

**S**pina alba: quam agricinuaram. alii donacitin. alii eryssice-ptrum vocant. romanī spinam albani aut regiam. alii cardu-ramptarium. Nascitur in montibus & sylloysis. folia albi chanæ-leonis. angustiora. & candidiora. aliquantum hispida. & aculeata. caulem supra binā cubita altum. dīgiti magni aut pollicis crassitu

De medicinali materia.

dine albicantem.intus canum.In cacumine capitulum inest spina  
nosum echini marini æmulum: sed minus & oblongum. Flores  
res purpurei: in quibus semen seu enicum sed rotundius. Huius  
radix pota coeliacis.stomachicis.& iis qui cruenta extussunt: effi-  
cax est.vrinam cit.tumoris illinitur. Decocto eius dentes in do-  
lore collui prodest. epotum semen coniulsis infantibus & a ser-  
pente demorsis auxiliatur. Gestatum pro amuleto serpentes  
abigere traditur.

De spina arabica. Cap. xiiii.

**A**rabitæ spine que acanthis aliquibus dicitur: naturam albæ  
spine similem esse constat. Ipsa siquidem stringit.ad sanguinis  
refectiones. mensium abundatiam & eteraliæ fluctiones radex  
etiamnum valet. Prouenit in asperis.

De carduo. Cap. xv.

**C**arduus græce scolymos. alias pherusa. alias pyracantha nomi-  
natur.in ægypto cnus. Folia chartæleonis habet aut albæ spi-  
næ nigriora & crassiora.caulem longum edit.foliosum. capite spi-  
noso.radice nigra & crassa: que illata graueolentiam alarum to-  
riusq; corporis emendat. Item si decocta in vino bibatur: copio-  
sam autem vrinam foetidamq; expellit. Herba cum recens tenere  
scit: in olera asparagi modo trahit.

De poterio. Cap. xvi.

**P**oterium aliqui phrynonion. iones neurada. aliqui acidoton vo-  
catis. Large fruticat cortice obductum tenui. spinis horridum.  
lanugine spissa. ramulis longis. mollibus. lentis. tenuibus tragas  
canthe proximis. foliis paruis. rotundis. flore exiguo cadi-  
loris. seminis nulli usus sed gustu acuto & odorato. Nascitur in  
aquosis & collibus. Radices demittit binum ternuumve cubitorum  
neruolas & firmas: que proxime terrâ recise dat succum gummi  
similem. tuse præcisis nervis & vulneribus glutinâdis illinitur. De-  
coctum quoq; eius nervorum affectibus prodest.

De acanthio. Cap. xvii.

**A**canthium albæ spine simile: foliis aculeatis per extremitas  
tes. & lanugine arancosa obductis. que collecta & in unum  
aceruata bombicis effigiem præbent. Folia vel radices ad remedia  
opisthotoni bibuntur.

De acantha. Cap. xviii.

Liber tertius

**A** Canthā aut hēr pacanthā. qdā melamphyllon. romana pede rotam. aliqui topiariam. alii maniolariam. quidam crēpulam vocant. Nascitur in hortis petrosis & rigidis. Folia habet multo lactucaceis latiora & longiora. cruce diffusa nigricantia. pinguia. leuia. Caulem binum cubitorum digitali crassitudine. leuem prope verticem ex interwallis circumdata foliolis paniculas oblongas referentibus hyacinthi similibus: e quibus flos prodit albus. semen oblongum. luteum. caput thyrsi specie. radicib⁹ nūtitur longis. incolis. rubris. & glutinosis: que v̄stis igni & luxatis artibus illis subueniunt. potē v̄rinam dūnt: sed aliis cohident. ruptis. conuulsis. tabescunt sententibus mite prosunt.

De sylvestri spina. Cap. xix.

**S**yst & sylvestris spina carduo similis. aculeata. brevior q̄d quæ in hortis satisq; proueniat: culus radix ad eadem ad quæ superfor pollet.

De anonide. Cap. xx.

**A** Nonis quā aliq onotida appellat: ramos habet fruticosos durante maiores frequentibus geniculis cinctos. caulis alatus multis. capitibus rotundis. foliis lenticulae pusillis ad rutæ aut pra tensis loti folia accendentibus. subhirsutis. odoratis. non invenimus de olenibus. Muria conditur antequam spinosa fiat. cibis gratiissima. Ramis acutioribus spinis & veluti durioribus aculeis horrent. Radicem mittit candidam: quæ excalfacit & extenuat. huius cortex ex vino potus v̄rinam ciet. calculos comminuit. margines ulcerum erodit. Radix cum decoquitur in posca dolorem dentium collutione mitigat. Decoctum eius potu h̄emorrhoides sanare creditur.

De leuacantha. Cap. xxi.

**E** Eucacantham quidam polygonaton. alii phyllon. alii ischia da vocant. romanis spinam albam. radice cyperi valida & amara. que manducata doloreni dentium sedat. Veteri laterum dolori atq; ischiadicis prodest decocto cyathis tribus ex vino poto. Eadem ruptis & conuulsis medetur. radicis epositus succus comedem præbet effectus.

De tragacantha. Cap. xxii.

**T** Ragacanthæ radix lata & lignosa summo cespite nūtitur succulos hūles robustos latissime fundēs: in quib⁹ minuta folia

De medicinali materia.

nonnunque tensa exoritur. que sub se spinas albas rectas & fir  
mias occulunt. Est etiam in tragacantha lachryma: que vulnerata  
radice inauias concreuit. Prestat pellucens. gracilis. syncera & sub  
dulcis. cutis spiracula ut gumi obstruit. Huius increbuit visus ad  
oculorum medicamenta. ad tussim. exasperatas fauces. retusas vo  
ce s. ceterasque destillationes cū melle in delinctu. Subditā quoque li  
gue liquescit. in passo madefacta drachme pondere bibitur con  
tra renū dolorem & vesicæ rosiones mixto cornu cerui vsto & elo  
to aut scissi aluminis momento.

De eryngio.

Cap. xxiii.

**E**ryngion aliqui Eryngen. alii caryon. alii gorgnion. alii her  
ion. alii origanum. chlounion. alii myracanthon. alii mo  
ly. egyptii crobyson. magi siferton. Romani capitulum martis.  
daci sicupnoex. Hispani centumcapita. aphri cherdam. alii ori  
am chloen. alii chida appellant. Aculeatarum generis est. cu  
sus folia in principio sale condita in cibos recipiuntur. lata au  
tem sunt: & extremo ambitu aspera. gustu aromatico: quod cu  
adolescunt per multas caulinum prominentias spinose inhore  
scunt. In quorum summitatibus globosa capitula durarum as  
cutissimarumque spinarum ambitu stellatim circumuallantur:  
quorum colos alias viridis. alias albus. interdum cæruleus in  
uenitur. Radix oblonga. lata. foris nigra. interne candida pol  
licis crassitudine. odorata. Nascitut in asperis & campestribus.  
Vim habet calfactoriam. pota menses & vrinas pellit. tornina in  
flationesque discutit. contra iocinerum vtilia serpentum morsus &  
hausta venena cum vino prodest. bibitur aduersus plurima cum  
seminis pastinacæ. drachmia vna. appensa illatae tubercula discu  
tere proditur. Pota cuz hydromelite. radix opisthonicis & comi  
tialibus medetur.

De Aloe.

Cap. xxiv.

**A**loe aliquibus amphibion. aliis herminion. aliis eryngion.  
aliis tragoceros. romanis aloa. barbaris aloe dicitur. Cuius  
folium scyllæ similitudinem habet. crassum. pingue. latum. rotu  
dum. retrorsus pandum. Folia vtrinque gerit ex obliquis spinosa.  
rariuscule striata. breuia. Caulis emititur non dissimilis anthe  
rico. flos albus. fructus hastulæ regiæ cognatus. graui tota est o  
dore & gustu amarissima. radice vna ceupalo in terram deputata.

plurima prepinguisq; in india gignitur: ex qua coactus succus ad fertur. nascitur etiam in asia & arabia in insulis quibusdani & maritimis ut in andro minime succo extraheendo idonea: sed ad glutinanda vulnera sane q; utilis: si detrita illuvatur. Duo succi genera. quoddam harenosum: quod sidens crassamentum purissimæ esse videtur. alteruz ad iocineris imaginem vergit. Eligi debet syn cera: que nihil doli sensit. nitida. calculorum expers. rufi coloris. friabilis ad iocineris modo coacta. facile liquecēs. extincā amaritudinis. Improbatur nigra & fractu contumax. gummi eam adulterant: quod deprehenditur gustu. amaritudine. & valido odo re. eoq; argumento q; digitis friata non ad minima usq; frustra resolutur. Nec desunt qui acaciam immisceant. Natura eius est spissare. exiccare. somnum allucere. & corpora densare. aluum resoluere. stomachum repurgat binum' cochlearium mensura in aqua frigida aut lacte pota. sanguinis refectiones sistit. regiuz in orbum purgat tribus obolis ex aqua. aut drachmē pondere in postu. deorata cum resina aut euz aqua vel melle cocto sumpta aluum soluit. purgationis perfectæ causa tribus drachmis sumitur. aliis purgatoris medicamentis inbus animista prestat: vt iniunis stomachū infestent. sicca glutinandis vulneribus inspargitur. ulcera ad cicatricem perducit. cohibetq; eadem peculiariter exulceratis genitalibus medetur. disrupta infantibus iungit. tō dylomata rimasq; sedis ex passo sanat. hemorrhoidum abundantiam & sanguinis eruptions sistit. pterygia ad cicatricem ducit. liuores & insignita ex melle tollit. priuatim scabras lippitudines pruriginelz angulorum permulcat. dolore in capitib; sedat temporibus & fronti illata ex aceto & rosaceo. capillumi fluentem continet cum viño: tonillis gingivis & omnibus oris ulceribus cum melle & viño proficit. oculorum medicamentis torretur. in uinda & candenti testa pennaq; subinde versatur: vt possit æqualiter torri. Lauatur vt quod sit harenosissimum: tanq; inutile subsidat: & leue ac pinquissimum assumatur.

## De absinthio.

Cap. xxv.

**A**b sinthium aliqui bathy pacton. ægyptii somi. romani absinthium. herba vulgo cognita. præstantius in ponto & capadoccia. in monte tauro nascitur. Vim habet calfaciendi & adstringendi. bilem expurgat: que & stomacho & ventri inhaest. vrinam

## De medicinali materia.

nōn nūnqz tenuia exorinuitur. quē sub se spinas albas rectas & flos  
mas occulūt. Est etiam inū tragacantha lachryma: quē vulnerata  
radice manās concrevit. Pr̄stat pellucens.gracilis.syncera & sub-  
dulcis.cutis spiracula vt gūni obstruit. Huius increbit v̄sus ad  
oculorum medicamenta.ad tuſim.exasperatas fauces.retusas vo-  
ces.ceterasqz destillationes cū melle in delinctu. Subdita quoqz li-  
guē liqueſcit.in passo mafacta drachmē pondere b̄bitur con-  
tra renū dolorem & vesicæ rosiones mixto cornu ceruī v̄sto & clo-  
to aut ſcissi aluminiis momento.

De eryngio.

Cap. xxiii.

**E**ryngion aliqui Eryngen.alii caryon.alii gorgonion. alii her-  
ion.alii origanum.chlounion. alii myracanthon. alii mo-  
ly.egyptii crobyfon. magi ſiserton. Romanic capitulum martis.  
daci ſicupnoex.Hispani centumcapita. aphri cherdām.alii ori-  
am chloen. alii chida appellant. Aculeatarum generis eſt. cu-  
ſus folia in principio ſale condita in cibos recipiuntur. lata au-  
tem ſunt:& extremitate ambitu aſpera. gaſtu aromaticā: quaſ cuſ  
adolescent per multas cauliū prominentias spinose inhor-  
reſcunt. In quoruſ ſumitatibus globosa capitula durarū aſ-  
cutiſſimaruſqz spinarū ambitu ſtellatim circumuallantur:  
quoruſ colos alias viridis. alias albus. interdum cœruleus in-  
ueniuntur. Radix oblonga. lata. foris nigra. interne candida pol-  
licis crassitudine. odorata. Nascitur in aſperis & campeſribus.  
Vim habet calſactoriam.pota meiſes & vrinas pellit. torina in-  
flationesqz diſcutit.contra ſocinorum vſitia ſerpentum morsus &  
hauiſta venena cum vino prodeſt. b̄bitur aduersus plurima cum  
ſeminis paſtinacæ drachma vna.appensa illata ve tubercula diſcu-  
tere prodiuit. Pota eni hydromelitæ radix opifhonicis & comi-  
tialibus medetur.

De Aloe.

Cap. xxviii.

**A**Loc aliquibus amphibion. aliis herminion. aliis eryngion.  
E, aliis tragoceros.romanis aloa. barbaris aloe dicitur. Cuius  
ſolium ſcylæ ſimiſtudinem habet. crassum. pingue. latum. rotu-  
dum. retroſus pandum. Folia vtrinqz gerit ex obliquis spinosa.  
rariuſculæ ſtriata. breuia. Caulis eniſtitur non diſſimilis anthe-  
rico. flos albus. fructus haſtulae regiæ cognatus. graui tota eſt o-  
dore & gaſtu amarilliſma. radice vna ceupalo in terram depaſta.

plutima prepinguisq; in india gignitur: ex qua coactus succus ad fertur. nascitur etiam in asia & arabia in insulis quibusdam & maritimis ut in andro minime succo extrahendo idonea: sed ad glutinanda vulnera sane q; utilis: si detrita illinatur. Dno succi genera. quoddam harenosum: quod sidens crassamentum purissimum esse videtur. alterius ad iocineris imaginem vergit. Eligit debet synæra: que nihil doli sensit. nitida. calculorum expers. rufi coloris. friabilis ad iocineris modo coacta. facile liquefcens. eximiæ amaritudinis. Improbatur nigra & fractu contumax. gummi eam adulterant: quod deprehenditur gustu. amaritudine. & valido odo re. eoq; argumento q; digitis friata non ad minimam usq; frustra resolutur. Nec desunt qui acaciam immissent. Natura enim est spissare. exicare. somnum allucere. & corpora densare. alium resoluere. stomachum repurgat binum' cochlearium mensura in aqua frigida aut lacte pota. sanguinis refectiones sifit. reginæ in orbem purgat tribus obolis ex aqua. aut drachmæ pondere in positu. denorata cum resina aut eni; aqua. vel melle cocto sumpta alienum soluit. purgationis perfectæ causa tribus drachmis sumitur. aliis purgatoriis medicamentis amissa prestat: ut in minus stomachum infestent. sicca glutinandis vulneribus in spargitur. ulcera ad cicatricem perducit cohibetq;. eadem peculiariter exulceratis genitalibus medetur. disrupta infantibus iungit. cœdylomata rimasq; sedis ex passo sanat. hemorrhoidum abundantiam & sanguinis eruptiones sifit. pterygia ad cicatricem ducit. linores & insignita ex melle tollit. priuatum scabros lippitudines pruriginesq; angulorum permulcit. dolorem capitum sedat temporibus & fronti illita ex aceto & rosaceo. capillum fluentem continet cum viño: tonsillis gingivis & omnibus oris ulceribus cum melle & vino proficit. oculorum medicamentis torretur. in uncta & candenti testa pennag; subinde versatur: ut possit æqualiter torri. Lanatur ut quod sit harenosissimum: tanq; inutile subsidat: & lene ac pinquissimum assimat.

## De absinthio.

Cap. xxv.

**A**bsinthium aliqui bathy pacron. ægyptii somi. romani absinthium. herba vulgo cognita. præstantis in ponto & capadoccia. in monte tanro nascitur. Vim habet calfacienti & adstringendi. bilem expurgat: que & stomacho & ventri inhæsit. vrinam

## De medicinali materia.

cit. rapulam præsumptum arcit. ad inflationes ventris & stoma-  
chi dolores prodest cum seseli & nardo gallico potum. fastidia di-  
scutit. arquatos sanat madefacti dilutus aut decocti ius cotidie tri-  
bus cyathis haustum. menses cit potū aut cū melle appositū. cō-  
tra fungorum strangulationes conuenienter ex aceto bibitur. ad  
uersat nr ixix venenis cū vino. item cicutę & muris aranei morsis-  
bus & draconis marino. anginc eo cum melle & nitro perungun-  
tur & epinyctides ex aqua. ad fugillata & oculorū caligines ex mel  
le illinitur. item auribus si manat sanies. dentium aurumq; dolo-  
res decoctū vaporis suffitu compelcit. Decoctum in passo dolen-  
tibus oculis oblinitur. item precordiis & iocineri tritum cū cera-  
to cyprinio. stomacho quoq; longa valetudine laboranti cū rosa-  
ceo. cura fiscis autem aceto & erui farina aquę intercutē lienosisq;  
subuenit. Vīnum ex eo sit: quod absinthienvocāt. presertim in p-  
ontide & thracia: quo ad antedicta vtuntur: cum febri carent. ali  
oquin in estate propinant: & acceptam hūc vino incolumentatem  
referunt. In sparsum arcis absinthium vestes ab erodentius iniur-  
ia vindicat. culices eo & oleo permitti a bigit: & a corpore arcit.  
atramentum librarium diluto eius temperatum litteras a muri-  
um erosione tuetur. Existimatur liquamentum eosdem præstare  
effectus: attamen potionibus improbatur: quoniam stomachus  
male habet: & capit̄is cict dolorem. Sunt qui cocta amurca liqua-  
mentum adulterant.

De marino absinthio.

Cap. xxvi.

**A**bsinthium marinū quod aliqui seriphum: latini centonīcū  
vocāt. copiosissimum in tauro inōte inxta cappadociā & in ta-  
physiri regypti gignitur: quo asiatici pro oliuē ramo vtuntur. Her-  
ba est tenuis ab rotoni parui similitudine. referta minutulis semi-  
ibus. subanara. stomacho inimica. Ea grauster olet: & cū qua-  
dā calcatione adstringit. id per se se aut cū oryza coctum interane-  
orū animalia teretesq; tineas adiecto melle enecat. aliuū lēnigat.  
Cum edulio autem vellenticula decoctum eadem præstare pōt.  
pecora maxime pingue scunt hoc pabulo. Tertiū genus absin-  
thio assignatur: quo galatia alpibus finitima scatet. id patrō nō-  
mine santonicum vocāt: regionis in qua nascitur cognomēto ab  
sinthio non dissimile: verū subanarū est non adeo seminis fœcū  
dūm. eadēni que seriphium potest.

Liber tertias.

De abrotono.

Cap. xxvii.

**H**erotonum alii abutonon. alii absinthium. alii heraclion. alii cholopœon. alii absinthiomenon. alii theliphthoricon. alii procampylon. magi neura phœnigos. alii cynanchiten. romanis absinthium ponticum. nonnulli thelythaminum. alii glycyphanta vocant. Duorum est generum. foemina quadam arboris specie fruticantis candicat. circum ramulos foliis seripi modo minutissimis incisis. floribus reserta est comantibus in summo fulgore auricorymbris. Quod per aestatem prodit: suauiter olet cum granitate quadam & amaro gustu. id genus siculum esse constat. Alterum mas vocatur farmentolum tenui semine uti absinthium. plurimum in cappadocia gignitur & galatia asiatica atque in syrie hierapolii. Crudum semen tritum & seruefactum ex aqua in potu auxiliatur orthopnoicis. coniulis. ruptis coxendicibus. viri in angustiis. mensibus suppressis aut remorantibus: in visino potum exitialium venenorū antidotum est. Rigoribus ex oleo illinitur. serpentes & substratu & nidore fugat. contra iecus eorum cum vino potum prodest. priuatim efficax contra scorpionum & phalangiorum venena. oculorum inflammatio nibus commode illinitur cum cotoneo cocto aut pane. Tritum cum farina hordeacea decoctumque tubercula discutit. irini compositis annis setetur.

De hyssopo.

Cap. xxviii.

**H**yssopum aliqui later vocat. alii cassiala. ægyptii pesalem. hec ha nulli non cognita. Duum generum est montanum & hortense. optimum est cilicium. Vini habet extenuandi & calfaciendi. decoctum cum siccis. aqua. melle. & ruta. potius peripneumonicis. diuturne tussi. suspriosis. distillationibus & orthopnoicis auxillatur. tinea efficiat. idem facit si cum melle delingatur. crassum humorem per alium extrahit decoctum ex aceto mulso epotum. Ad subducendam aluum cuius fiscis vii idibus detritis maditur. vehementius addita iri. cardomomo. aut irione deiicit. color in corpore sonet. leni. & aquæ inter cutem cum fico nitroque. inflammationibus quoque ex vino illinitur. cum feruente aqua impositum sugillata discutit. cum decocto sicciorum optime anginis gargarizatur. Decocatum cum aceto dentis dolorem in collitione sedat. inflationes auricularum vaporis sufficiunt discutit.

Destichade. Cap. xxix.

De medicinali materia.

**S**tæchas quam aliqui syncliopa. alii alcibiades. alii pancratio. nonnulli stypioniam. egyptii suphlo. magi pythonis oculū. romani sclebinam vocatā: iuxta galliam in insulis eiusdem nominis & regione massilię gignitur: vnde cognomentum accepit. hærbatenū semine. coma thymi. longiore folio. subamara gressu. & aliquantum acris. Cuius decoctum hyssopi modo ad pecto cōsūmū efficax est. antidotis miscetur. viscera omnia & vniuersus animantis habitum extenuat. De origano. Cap. xxx.

**O**riganum heracleoticum quod & cornelion vocant: folium habet hyssopo non dissimile: vmbellamq; non in rote specie orbiculatam: sed veluti multifidā: semine in summis virgis haud quaquam denso. Excalfacit. vnde decoctum cum vino potum de mortis a serpente conuenit. si cicutam aut meconion hauserunt: ex passo: si gypsum aut ephemeron: ex aceto mulso propinatur. rupis. cōnūlis. hydropticis cum fico esui datur. Aridum acetabuli mensura potum iu aqua mulsa atros humores per altum extrahit. menses ciet. & tussi cum melle linctum medetur. ad pruriginem. psoras. regiūmq; morbum decocti ius in balneis prodest. Succus virentis tonsillas. vnam. & oris ulcera saiat. & per narē ex oleo irino infusum trahit. aurium dolores cum lacte mulcet. Conficitur ex eo & cepis & rhois frutice quo ad obsonia vtruntur. vomitorium medicamentum his omnibus in cipreō vase per triēnos dies insolatis: dum canicula sydus flagrat. Hærbæ auctem substratu serpentes fugantur.

De onitide. Cap. xxvi.

**Q**uæ onitis appellatur candidiore est folio non dissimilis hyssopo. semine veluti coniunctos corymbos habet. Vis ei origani heraclei: sed multo inefficacior.

De sylvestri origano. Cap. xxvi.

**S**yliestre origanum aliqui panaces heracion. alii cunylā vocant: ex quibus est nicander colophonius. Foliis est origani. ramis tenuibus palinum altis: in quibus vmbellæ anethi insunt. flores candidi. radix tenuis. supuacua. Peculiariter pecculis a serpente folia & flores ex vino poti auxiliatur.

De tragoriganō. Cap. xxxiii.

**T**ragoriganum tenuis frutex est sylvestri serpillo aut origano similis folio & ramulis. Quibusdam in locis virentius inne-

73

### Liber tertius.

uenitur & latioribus foliis satis glutinosum. Alterū exilibus surculis ac tenuibus foliis: quod aliqui prassiuū vocauere. Optimū ē ciliciū & cretense & smyrneum & in chio cooqz prouenīs. Omnia excalſaciunt. vrinā crient. aluo accōmodātur. decocto poto bīlem deſſiciunt. lieno ſis ex aceto bibere prodeſt. cōtra pota ixdē venena in vino bibuntur. menses trahunt. peripneumonicis tuſilentiibus ex melle in eclegmate dantur. grata ac mitis eorū potio est. quare cibn̄ fastidientibus & stomacho acide ructati imbecilloqz traditur. Itemi ſi a marítima iactatione nauſea & aestus p̄cordio rū excitetur. tumores vero cū polenta diſcutiunt.

Cap. xxxii.

**G**lichona grēci aut blechon: aliis arſencāthon: latini pulegiū vocant. galli aluolum. aphrī apoleiū. quidā galisopſim. Hærbha vulgaris notitię extenuat. calſacit. decoquit. menstrua. secundas. ac partus eiſicſt. pulmonis vſtia ex melle & aloe potum extraſhit. coniulſis auxiliatur. nauſeas ſtomachiqz intercſiſiōes ex poſſa permulcet. atram bilem per alnū exilit. bibitur in vino utiſiſſime contra ſerpentum morſns. defectos animo recreatū acetato naribus obiectum. gingivias arefacti cinere corroborat. Illitus cum polenta inflammationes omnes ſedat. podagris per ſe ſubuenit impoſitum: vſqz dum rubescat locus. cum cærato varos extinguit. lichenis cum ſale utiſiſter illinitur. Decoctum eius ablutas prurigines mitigat. conuertas vulvas corrigit. contra inflatiōes duriciasqz vulvæ in deſeffiōes conuenienter adiicitur. Vocant aliqui blechona. quoniā in dum floret gulfatum a pecoribus baſlatum concitat.

Cap. xxv.

**D**ictamum aliquibus ſyluestre pulegium vocatur. aliis embaſtron. aliis belouacos. aliis artemedion. aliis creſica. quibus dā ephemeron. nō nullis eldia. aliquibus belotocos aut dorſidiō aut helbunion. romanis vſtilago rufiſta. cretensis herba eſt. acris leuis. pulegio ſimiſis: ſed maiori bus foliis: que tomento quodaſ ſpiffach lauagine pubefcunt. florem nullum aut ſemen proſert. Prēstat omnia que ſatiuum pulegiū: ſed efficacius multo. nō potum modo ſed appoſitum quoqz aut ſuſſitum defunctos partus eiſicit. Produnt in creta capras ſagittis percuffas huius herbe paſtu ras excutere. Purgādi vim habet ſuccus illitus aut cū polenta

De medicinali mateh.

tritus. herba impactos pedibꝫ reliquove corpori aculeos illitꝫ refigit. ad lichenis dolorē efficax habetur: si quideꝫ ipsum inninuit. metunt semen estate & autumno. Radix eius gustu calfacit. partꝫ accelerat. succus cū vino potiꝫ contra serpentium morsus pressio est. Tāta h̄erbę facultas est: vt olfacta abigat bestias. q̄ venenato iſtu sequunt: appensacq̄ exanimet. vulneribus ferro illatis & venenatis morsibus infusis succus presentaneo est remedio: si etiā ab inſillatione statim in potu assumatur.

De pseudodictamo.

Cap. xxxvi.

**Q**uod pseudodictamum vocant: multis in terris nascitur ansa. dicto simile: sed minus p̄ illud acre. Eosdem effectus praebet. sed inefficacius multo.

De cretensi dictamo.

Cap. xxxvii.

**D**efertur a creta alterum dictamis genus foliis sisymbrii. ramis maioribus. in quibus flores sylvestris origani. nigri. molles. odor foliorum inter sisymbrium & saluam iucundissimus. efficax ad eadem: sed vehementius nates ferit. miscetur emplastris & medicaminibus: que aduersus serpentium iniurias configuntur: theriaca vocant.

De saluia.

Cap. xxxviii.

**S**elisphacon alii claphoboscon. aliqui phacon. alii closmīn. alii phagnon. ægyptii bechiō. romani saluā vocāt. frutex est ramosus. longus. virgas habens quadrangulas & canas. folia malici cotonei effigie sed longiora: asperiora. crassiora: & quae sensim attritarum quasi vestū scabrikiem referat. hirsuta subalbida. perq̄ iucundo odore sed graui. semen summis in caulinibus sylvestri ormino simile gerit. In asperis nascitur. menses cit & vrinas de coctum foliorum raniorumq; potum. partus extrahit. pastinace marinę itib⁹ auxiliatur. capillos denigrat. vulnerū sanguinem cohabet. tetra vlcera purgat. Teflum pruritus sedat rami foliacq; si decocto eorum foneantur.

De menta.

Cap. xxxix.

**E**dyos non satiū alii minthā. alii calamithan. latiū menta vocant. alii nepetam. ægyptii Tis. alii perxo. alii macetho. cognita h̄erba est. Calfaciendi adstringendi atq; exciscandi vim habet. sistit sanguinem poto ex aceto succo. tinea in ventre teretes enecat. venerem stimulat. Singultus. vomitiones. cholerasq;

sedat terni ramuli cū acidi granati succo poti. suppurationes discutit: si cum polenta illinatur. imposita fronti capitis dolores mulcet. māmas si tendatur: aut lacte turgeant: cōpescit. cn̄z sale canū mōr̄sibus illinuntur. aurū doloribns cū aqua mūlsa subuenit. vulne ante coitū admota conceptioni resistit. lingue scabriē conficitā leui uigat. Coire lac densariq; in caseū nō patitur: si folia potionib; laetis īmnergātur. In summa stomacho ytlis est: & in condimētis peculiarem gratiam habet.

De mentastro.

Cap. xl.

**S**ylvestrem mentam latini mentastrum vocant. hirsutiore fōlio & prorsus maiore q̄; sisymbrii. grauiori odore. quare minus ad sanorum usum expetitur.

De calamintha.

Cap. xli.

**E**x calaminthe generibus: quēdā montibus familiaris folia oculi habens. incana. surculos aridos. & canles angulosos. purpureū florem. altera pusilegio similis est: sed maior. quā sylvestre puleginnū ideo appellantur: quodore ipsum emuletur. nepetā latili vocitant. tertia mentastro cognata. est foliis oblongioribus. canle & ramis majoribus q̄; superioris: sed viribus inefficiacior. omnium folia gustu fennentia & acria. radix superna- cna. Nascitur in campestribus. asperis. & aquosis. potu aut illitu demorsis. a serpente opitulatur. Decoctum potu menses & vrinas expellit. ruptis connulis. orthopnoex. tornibus. cholerae. rigoribusq; auxiliatur. regnum morbum expurgat. Præsumpta in vino venenis resistit. tineas ceteraq; inter- raneorum animalia cum sale & nelle pota enecat. nec secus cocta crudave si teratur: elephanticos esitata adinuat: si postea seruū lactis ebibatur. Folia detrita si in vellere subſiantur: menses ex trahunt: & partns enecant. accensa aut substrata serpentes fugāt. nigris cicatricibus candorem reddunt in vino cocta & illita. singulata tollunt. Calamintha ischiadicis imponit: vt concretum humorem euocet sumiam cutem exurens. vermes necat succus arietibus instillatus.

De thymo.

Cap. xlvi.

**T**hymon quidā cephaloton. alii epithymum. alii thyrsion. latini thymum. ægyptii stephanen. daci mosulam. Thymūz ab omnib; cognoscitur surculosus frutex. exilibus foliis & angustis

Demedicinali materia.

circundatus.capitulis in cacumine flore purpureo refertis.graci-  
li solo & petroso prouenit. Vim habet hanc:vt cum sale & aceto  
potum p̄tuitam per aluū detrahat. Decocti ius prodest orthopno-  
ticis & anhelatoribus.tinea ventris exigit.menses.partus.& secū-  
das pellit.vrinas ciet.Cum melle in eclegmate faciles facit excre-  
tiones.recetes tumores discutit cū aceto illitu s. concretū sanguī-  
nem dissoluit.verrucas thymi colorem reddentes pensilesq; tol-  
lit.Isci adicis cum vino & polenta impositū subuenit.hebetibus  
oculis in cibo prodest.perq; utile pro condimento dumtaxat ad  
v̄sus eorum:qui recte valent.

De fatureia. Cap.xliii.

**S**Atureia nota est.gignitur in asperis locis & tenui solo thymo  
similis:minor tamen & tenerior.desert spicami florum plenā  
diuq; permanentem.Eadem potest que thymum: si modo consi-  
mili sumptitetur.aplus sanis v̄sus. Est etiamnum quedam satis-  
ua sylvestri prossus minor: que propter mitiorem acrimoniam  
commodius in cibos recepta est.

De serpylo. Cap.xliiii.

**S**erpillum aliqui zygīn sylvestrem.alii polion vocant.egyptii  
mernopium.latini serpyllum.Duorum generum est horten-  
simi odore sampsicum initatur:atq; in coronas addi solet.Cul-  
a serpido nomen inditum est: quoniā si qua eius particula ter-  
ram attingat:inibi radices demittet.Folia & ramiculos origani ha-  
bet: sed candidiores.in maceris multo procerius assurgit.sylve-  
stre zygīs appellatum non serpit. sed in altitudinem increscit.ram-  
iculos edens tenues.surculosos.foliis refertos longioribus q; ru-  
te.& durioribus.angularis.flores sucede oleum gustanti acres.ra-  
diciis nullus v̄sus.Nascitur in petris latino efficacius atq; magis  
excalciens:& ad medendi v̄sum aptius.menses trahit.vrina po-  
tu ciet.torminibus.ruptis.vulsis & iocineris inflammationib; au-  
xiliatur:& aduersus serpentes potu illituve.capitis dolores mul-  
cet coctum adiecto rosaceo & madefactum in aceto.maxime ve-  
ro phreniticis & lethargicis conuenit.cruentos vomitus sedat  
succus drachmis quatuor ex aceto potus.

De sumpsico. Cap.xlv.

**S**Amψicum aliqui nominant amaracum.alii triphyllon.alii  
agathides.alii cnecion.alii acaption.pythagoras thramben.

Liber tertius.

**E**gyptis sopho. armenii myrron. magi ichrei asinum. aut hecgo non isidis. romani maioranam. in cypro & cyziceno landatissimum. secundum sibi locuni vendicanit egyptium. amaracum gens sicalia & cyzicena appellat. Herba est ramosa per terram repens. foliis eius calamintis que tenui folio constat. letophyllos appellatur. hirsutis & rotundis. suauissimum odorem spirat: ideo coronis inseritur. Vis eius excalfaciens. Succis decocti potus conuenit incipientibus hydropticis: & iis quos vrine difficultas aut tormenta excruciant. Illita ex melle arida folia sigillata tollunt. mens subdita in pessu trahunt. contra scorpionis istum ex aceto & sale illinuntur. luxatis tumoribusq; cerato excepta impontuntur. aduersus oculorum inflammationes tumoresq; cu; polline polente illini prodest. Acopis malagmatisq; calfaciendi gratia comeduntur.

De sertula campana. Cap. xlvi.

**S**ertula campana laudatissima in attica & cyzico & carthaginie nata: cuius color vicinus est croco boni odoris. nascitur & in campania circa nolam. colore in luteum lauescente. odore infirmo. Vim habet adstrictoram. inflammationem omnem emollit: presertim que in oculis. vivila. sede aut testibus erumpat: si ex passo cocta illinatur. interdum autem addito ovi luteo assato. aut foenogreci farina. lini semine. aut polline. aut capitulis papaveris. intybove. Recentes meliceridas per te cum aqua: & ulcerata manaria in capite illita cum creta chia vino aut galla sanat. Stomachis dolores & cruda & cocta cum aliquo ex antedictis lenat. doloribus aurum mitigatis cruda ex passo instillatur. in aceto aut rosaceo madefacta capitis dolorem lenit.

De maro. Cap. xlvi.

**M**Arum aliqui organida aut hysobrion vocat: herba cognita vulgo. sureulosa. flore origani. foliis multo candidioribus. flore odoratiore. Vim habet sisymbrio consimilem. substringit enim & modice calfacit. Qua de causa illitu serpentia vel ceta sistit. & in calidas illitiones additur. Iuxta magnesiā & traleis copiosissima gignitur.

De ocimastro. Cap. xlviij.

**O**cinos aut aconos a grēcis dicitur ab aliis sylvestre basiscum. latinis ocimastrium tenui siccō ramiulo herba ocymo similis odorata sed hirsutior: qua coronæ facitantur. A nonnullis

De medicinali materia.

olitoribus colitur.menses & aluū pota silit. illita panes ignemqs  
sacrum sanat.

De bacchare. Cap. xlix.

**L**ychnis coronaria quam aliqui athanaton vocant. alii acylo union. alii ballarion. alii geranopodium. quidam corymbion. aliqui taurion. alii sceptrum aut maloion. ægypti semecon. magi sanguinem apocathemenes. romani genicularem aut balariam. Flore albè violè simili: quo corolle facilitantur. Contra scorpios num ictus semen in vino potum auxiliatur.

De sylvestri lychnide.

Cap. cxiv.

**L**ychnis sylvestris tragonoton. alias atacion. alias hieracopo dion. aut lampas vocatur. ægyptiis semura. magi apocathemenes taurus. romani agreste intubuz. Omnia urbane similis. Bilem per aluum detrahit semine duabus drachmis poto. Itis a scorpione subuenit. aiunt huius herbe appositu scorpiones tor pescere & inertes prossus reddi.

De lilio.

Cap. cxv.

**L**ily Rēci crinon basilicon vocant. alii crinanthemō. alii callistion magi martis sanguinē. osthanes auram crocodili. ægypti simphophon. quidam tialon. latini klium. aliqui rosam icosinis. syri sasa. aphri abiblabon. Lilia coronamenti se ducunt: lysia a quibusdam vocata. E quibus vnguentum temperatur: quod aliqui lyrinum. alii susinum appellant: neruos & priuatim vulvae duricias emolliens. Folia herbe illita contra serpentium ictus auxiliantur. feruefacta ambustis proficiunt. aceto condita vulneribus opitulantur. Succus adiecto melle aut aceto in æreo vase coquitur conuentienti medicamento vetustati ulcerum & ad recenia vulnera. Inassata radix & ex rosaceo trita igni ambusta sanat. vulvam emollit. Menses clet. ulcera cicatrice obducit. cum melle detrita neruis p̄cisis luxatisq̄ medetur. vitilgines. fursures. & lepros emendat. ulcera in capite manantia expurgat. abstergit faciem & erugat. Textur in aceto cum hyoscyami foliis & farina tritici mulcendis testium inflammationibus. Semē potum moribus serpentium aduersatur. ignibus sacris semen & folia cum

Liber tertius.

vnuo illinuntur. tradunt & rubra esse lilia. In syria autem & pisiida  
pamphilię efficacissima vnguentis nascuntur.

De ballote seu marrubio nigro. Cap. cxvi.

**B** Alloten nomine alio nigrum marrubium aut magnum vo-  
cant. aliqui nophthā. aliī notianoscemin. aliī nosprasson. aliī  
nothera. aliī nochelin aut nosteli. aliī nophrim. aliī gnoturim. ro-  
mani ulcerariam aut marrubium nigrum. aliī canthurinum. ægy-  
ptii asphon. magi ixionis sanguinem. Caules edit quadrangulos.  
nigros. subhirsutos complures ex una radice. foliis maioribus q̄  
marrubii hispidis. Intercedente spacio. subrotundis. graue oleni-  
bus. a piastro proximis: vnde aliqui apiastrum eam vocauerunt.  
caulibus albis orbiculato florū ambitu; qui rotē speciem prebe-  
at. Vis eius efficax aduersus canis morsus foliis ex sale illitis. Fer-  
uenti cinere flaccescunt folia: vt condylomata reprimant. purgat  
& fodienda ulcera cum melle.

De apiastro.

Cap. cxvii.

**M** Elissophyllum gr̄ec̄. alii melithēum. aliī mellthenam. aliī me-  
liphylon. aliī erythran. latini apiastrum aut citraginez. galli  
merisimorion vocant. id si bī nomen usurpauit: quoniam apes ip-  
sa herba delectantur. Cauliculi & folia ballotē de qua paulo ante  
diximus similia essent: nisi minorataq; nec ita hirsuta spe-  
ctarentur. citreum malum olent. Folia cum vino spota aut illita p-  
sunt contra ictus phalangiorum scorpionumq;. item aduersus ca-  
nis morsum. Decocto corūdem gratia foueri prodest. Defessioni  
bus foeminarum ad ciudos menses conuenit. dentes eodē in do-  
lore coluntur. dysentericis infunditur. Fungorum strangulatio-  
nibus folia addito nitro potu auxiliantur. torminibus & ortho-  
pnoicis delictu. illita cum sale strumas discutunt. ulcera purgant.  
articulares dolores illita sedant.

De marrubio.

Cap. cxviii.

**P** Rassion e gr̄ecis aliqui vocant. aliī eupatorium. aliī. phyllo-  
phares. aliī tripedilon. aliī camelopodion. ægyptii asterope. 85  
magi tauri sanguineni. aliqui aphedron. latini marrubium. aliqui  
labconiam. aphri atierberziam. Fratex est ab radice ramosus. cā-  
dicans. subhirsutus. quadrangularibus ramis. folium pollicem  
æquat subrotundum. hispidum. rugosuz. gustu amaro. semen in  
caulibus: & ex interuallis flores verticillato ambitu asperi. Nasel-

De medicinali materia.

tur propter ædificia & ruderata loca. Huius folia sicca cum semine decocta in aqua aut viridium succus datur cum melle suspicio sis. tussientibus. & ad tabitudinem redactis. crassam e pectori puitam cum sicca iri eiicit. mulieribus a partu nō purgatis datur: ut menstrua & secundas extrahat. item in difficulti partu & iis qui venena hauserunt: aut a serpentibus demorsi sunt. vesicam resnesq; ledit. Folia cum melle illiuuntur sordidis ulceribus purgādis. pterygia nomasq; sustunt. laterum dolores mitigant. Succus foliis contusis expressus & sole coactus ad eadem pollet. cum visio & melle illitus oculorum claritatem adiuuat. naribus regium morbum expurgat. aurium doloribus conuenienter instillatur per se aut cum rosaceo.

De stachye.

Cap. cxix.

**S**tachys frutex est marrubio similis. sed longior: folia ferent numerosa. hirsuta. rara. prædura. cana. odoris suculenti. & com plures virgas ab radice exeuntes marrubio cädidores. Nascitur in montibus & asperis. Vini habet excalsatoriam & acrem. Foliosū decoctum potu pellit menstrua & secundas.

De phyllotide.

Cap. cxx.

**D**Hyllitis quam aliqui phyllin. alii acanlon. alii sylvestre lapa thum vocitant: folia prominunt ramicis sinuata. longiora & viridia. sena aut septena: que parte anteriore levia cernuntur: a tergo autem pensiles quasi verniculos ostendunt. In umbrosis & opacis hortorum ambulationibus enicat. gustu acerbo. nego caulez nego semen profert. Folia in vino pota serpentium mortibus aduersantur. quadrupedibus per os infusa auxilio sunt. & si dysenteria aut resoluta aliis exercet: potui dantur.

De phalangio.

Cap. xxxi.

**Q**Halangium a quibusdam phalan gition vocatur. ab aliis leucacantha. Ramuli sunt ei duo pluresve in diuersa tendentes. flos candidus illo similis multas incisuras habens. semine nigro lato ad lenticule diuidate figurati multo tenuiore. radice parua. tenui. herbae coloris: dum terra eruitur. Prouenit in collibus huius folio semine flore cum vino poto auxillatur contra scoriae pionii phalagiorum ictus. tormina quoq; discutit.

De trifolio.

Cap. cxxi.

**R**æci triphyllon. alii oxyphyllon. alii menyantes. alii aphalton. alii cnicion vocant. romanî trifolium aut acutum aut odoratum. Frutex supra cubiti altitudinem at tollitur virgas habens tenues iuncas & nigras : e quibus ramulares euascuntur appendiculæ que in terrena singulis germinatio- nibus exeunt folia loto arbori similla. illis recenter enatis ruta odor inest. vbi autem adoleuerunt : bitumen olenit. florem edit purpureum. semen quadamteius latum. subhirsutum. exalte- ra extrenuitate exertum veluti corniculum gerens. radix tenuis. longa. valida. Semen & folia in aqua pota pleuriticis. vrinæ diffi- cultati. committialibus. & illis qui aquæ inter cutem principia sen- tiunt. feminis quoq; vulvæ virtio opportunis auxiliantur. men- ses cit. ternæ drachmæ e semine dari debent e soliis vero quater nœ. Contra serpentium ictus trita folia & ex aceto mulso pota presidio sunt. Tradunt aliqui totius fruticis radicis soliorumq; de coctuni forti dolores eorum finire. quios serpentes percusserint. qua autem aqua huiuscmodi sanatus quis fuerit: si ea quispiam allus soueat: qui vlcus habuerit: periude afficitur vt a serpente demorsus. Quidam terrena folia aut semina in tertianis: cum vi- no potui dedere: & in quartanis quaterua: vt que febrium circu- tus discuterent. Radix antidotis uiseritur.

## De polio.

Cap.cxxii.

**O**lium montanum. aliqui teuthrlon. alii seuxaspida- on. alii achamienin. alii ebenitin. alii melosmon. no- nulli belion. quidam leontocharon vocant. Duo ge- nera eius. montanum cui teuthrio nomen est: & cu- sus est usus. tenuis frutex est. candidus. neq; palmo altior. semine refertus. capitulo in cacumineq; quandam corymborum speciem præferente. paruo. canis hominis simili. grauiter olente non sine quadam suauitate. Alterum fruticosius non usq; adeo va- lens odore & viribus infirmius. Potum feruefactius auxillia- tur serpentium ictibus. hydropticis. morbo regio. & lienosis ex- ceto. stomachum male habet. caput doloribus afficit. aluum & menses ciet. substratum suffitum ve serpentes abigit. illud yul- nera conglutinat.

## De scordio.

Cap.cxxiii.

**S**cordum aliqui scorbiō. aliū pleuritin. aliū disosmō. aliū sylvestrē.

De medicinali materia.

calaminthen. quidam chamædryn. aliis mithri danion. magi postotis sanguinem. ægyptii aphi. romani trisaginem palustrum appellant. In montibus & palustribus nascitur. foliis trisagnis majoribus. non sic in ambitu diuisis aliquantum allia redolentibus. gustu amaris & adstringentibus. quadrangulis caulis subrubro flore. Hœrba vim excalsatoriam habet. vrinam cit. costa recens aridave cum viuo aduersus venenatos serpentium mortis bibitur. ad stomachi quoq; rossones. dysenteriam & vrinæ difficultatem binis drachmis cum hydromelite. crassamen purulentum pectoré expellit. Facit aridæ farina ad veterem tussim. rupta. conuulsa. si cum naustrio melle & resina misceatur in eclegmate. inflammatæ modice præcordia cœrato excepta recreat. cum aceto acri aut aqua podagræ conuenienter illinitur. mens ses imposita mouet. vulnera conglutinat. vetera ulcera purgat. & ex melle ad cicatricem perducit. Sicca ex crescentias in carne cohabet. Succus ad eadem vitia bibitur. Inter prima efficax ponitum natione creticumq;.

De tussilagine. Cap. cxxiiii.

**E**chion greci. quidam richion. aliis petrinam vocant. aliis pe ganon. aliis pithion. aliis pagonaton. aliis chamæleucē. aliis pro cheton. aliis arcophyton. aliis chamægiron. ægyptii saarthan. latini tussilaginem. quidam pharphariam aut pustulaginem. bessi asa. Folia ei sunt. maiuscula q; hederæ sex aut septem a radice. subalbida a terra. superne virentia. in plures angulos excurrentia. caulis palmum altus. flos luteus. in vere flore & caule confessim exiuit. Inde nonnulli his vacare existimauerunt. radix tenuis est & superiuacua. Nascitur in amoenis & riguis. Folia ex melle trista igni sacro & omnibus inflammationibus illitus medetur. Aris de funius per infundibulum hianti ore raptus hos sanat: qui sic ca tussi atq; orthopnoea infestantur. pectoris vomicas rumpit. Eudem effectum præbet suffita radix. decocta in hydromelite & pota emortuos partus eiicit.

De artemisia. Cap. cxv.

**A**rtemissa ramosa græcis quibusdam monoclonos. aliis to xitesia. aliis ephesia. aliis anaactorios. aliis sozusa. aliis lycophryx. magis hominis sanguis. aliis chrysanthemō. romanis herba regia. aut artemisia. aliis rapiū aut tertaria. gallis pona. dacis

Liber tertius.

zuoſte dicitur. Magna ex parte in maritimis nascitur abſinthii modo fruticosa. maioribus & pinguoribus foliis. ramisq. Tenuior autem flore est parvo. tenui candido. graue olente. estate floret. Sunt qui in mediterraneis vnicaulis nomine appellant. tenui herbulam simplici caule & minuto. floribus scatente. flauo colore. Hec iucundiorum q̄ precedens offlat odorem. Vtraq; ex calfacit. extenuat. feruefact̄ conuenienter in mulieres deſeffus adiūcitur ad detrahendos menses. partus. ſecun dasq;. item ad preclusiones vulue & eiusdem inflamationes. Calculos cōminuant. remoratam vrinam cident. menses pellunt pubi illite. Succus vulue inditus ex myrrha eadē quę inſeffio trahit. Coma trib⁹ drachmīis eorum dem educendorū gratia bibitur.

De artemisia tenuiore. Cap. cxxvi.

**H**lera tenuioribus foliis in ſepibus & cultis ſuxta aquarū duetus nascitur. Cuius flores & ſolia contrita ſampsuci odore reddunt. Si quis ſtomacho laboret: herba cum amygdalino oleo bene contundat: in malaginatis lentorem & ſtomacho impenat: sanitati restituetur. Qui in eruorum doiore cruciantur: si ſuccum ex roſaceo illiniant. ſanantur.

De ambrosia.

Cap. cxxvii.

**A**mbrosia quam romanī caprum ſylvaticum vocant. quidam botryni. alli apū rusticuni. egypti mierſeon. tenuis frutex est ramosus trium fere palmorum. foliis rutæ circa immin caule exiguis. Caliculi ſeminibus perinde quaſi racemulis grauidi. nunq; florem parſunt. odore viñolo. ſuau. radice tenui ſequipedali. coronantur ea cappadoces. Viſ eius reprimere ac repellere: & illity adstringere humores: qui in aliquain partem incidunt.

De botrye.

Cap. cxxviii.

**B**otrys fruticosa herba est lutea rota & in multas alas ſparsa. Semen circa ramulos prouenit. folia cichorio ſimilia. tota ſua uem odoreni ſpirat. quare vefi mentis interponitur. Inuenitur in torrentium ripis. Pota orthopnoeas mulcet. Hanc cappadoces ambrosiam vocant. alii artemisiām.

De geranio.

Cap. cxxix.

**G**eranium aliqui peloniten. alii Trica. alii geranogeronta. romani vchinaſtrum. aphri leſcen appellant. Foliis fremit. diuisiſ ſuris longioribus. radice rotunda. dulci. Quę drachmę pondere

De medicinali materia.

In vino pota vulue inflationes discutit.

De altero geranio.

Cap. cxxx.

**G**eranii alterii. aliqui myrrhin. alii oxyphyllon. alii Cardamo  
minimis alii origanii vocat. magi Hierobryncas. latini gruinam  
aut pulmoniam aut cicottiam. Caulibus minutis & pilosis sesqui  
pedalibus. foliis malue. in summis aliis sursum spectantia grunni  
capitula insunt cum suis rostris aut canini dentes nullius in medi  
cina vltus. De gnaphalio.

Cap. cxxxi.

**G**naphalium. alii hires. alii ampetocon. alii anaxiton. alii ana  
phalium. egyptii semeon. galli gelasonem. latini centunculus  
vocant quidam tucularem. alii albinum. cuius foliis molibibus mi  
nutis. pro tormento vtuntur. Bibuntur efficaciter folia in vino  
austero addyseinteriam.

De typha.

Cap. cxxxii.

**T**ypha folium edit cyperidi simile. caulem albū. leuem. aqua  
ibile. flore in cacumine abiente. densum. q in pappos soluitur.  
Quod lanugine aliqui nominant. Huius herbe flos suillo adipe  
eloto exceptus abusus medetur. gignitur in palustribus & aquis  
stagnantibus.

De Circea.

Cap. cxxxiii.

**C**ircea quam & direcam aliqui vocant. foliis est hortensis so  
lani. agnatis crebris. flore nigro. pusillo. copioso. semine mil  
li nascente in quisdam corniculis. doctrantali radice triplici fer  
me aut quadruplici. candida. odorata. excalfaciente. Nascitur in  
apricis laxis & vento perflatis. Radicis tuse triens in sextanis tri  
bus vini dulcis per diem & noctem maceratur. potuq; triduo vili  
us expurgat. Semen sorbitonibus datum lacte mammias nutri  
cum explet.

De oenanthe.

Cap. cxxxiv.

**O**enanthe quam aliqui cerascomion. alii leucanthon vocitat:  
folia habet pastinace. florem candidum. caulem crassum pal  
mi altitudine. semen a triplici. radicem magnam in multa rotun  
da capitula extuberantem. Nascitur in petris. Caulis eius & folia  
cum melle & vino pota secundas ciiciunt. Radix e vino vrinę stillis  
cicio conuenit.

De conyzza magna.

Cap. cxxxv.

**C**onyza magna aliquibus cynozematicis. alii danais. alii  
tanachion. aliquibus phycos. alii ichis. alii diulosmos. ma-

Liber tertius.

gis brepho octonos. quibus dā anubias. non nullis hedemias. ægya  
prius ceti. romanis militaris aut deliarium aut febris fugi. alis fra-  
ginosa nuncupatur.

De coniza parua.

Cap.cxxxvi.

**C**Onyzę duo genera. Quę parua vocatur: odore pręstantior est. maior vero frutice altior & foliis latioribus. graui odore. Vtriusq; folia oliue similia. hirsuta. pinguis. in maiore caulis blnū cubitorum altitudine attollitur. in minore pede requat. flos squa- lidus lutei aut fului coloris: qui in pappum abit. radices superuas- cue. Suffitu substratuq; frutex animalia fugat. culces abigit. & pu- lices necat. Folia conuenienter illimuntur serpentium plagis. & tuberculis. ac vulneribus. Flos cum vino ad menses partusq; eiciendos bibitur. item contra vrinę stillicidia. arquatus morbus: & tormenta. coinitiales potus ex acetō adiuuat. Decoctum in deses- sionibus medetur vulne malis. Imposit? succus abortū facit. ex oleo efficaciter rigoribus oblinitur. capit̄ dolores tenuis illita sanat.

De altera conyza.

Cap.cxxxvii.

**E**st & tertium Conizę gemis: quod aliqui paruam. alii panī on. alii libanotidem. magi cronon vocant. caule crassiore. ac molliore. foliisq; parue maiusculis. minime pinguis. & maioremis nor. multo grauioris odoris & iniucundioris. Sed inefficior. Prouenit locis non riguis:

De lilio sylvestri.

Cap.cxxxviii.

**R**ecī hemerocallen. alii hemerocatalacton. alii crinon agris- on. alii crīmanthemon. alii porphyranthes. alii bulbum he- maticon. alii anti cantharon. romani bulbus aut liliū sylvestre. aut marinum. aphri abiblabon vocant. folium & caulem habet liliī porraceo colore. flores in caule per singulos exorti terni aut quaterni erumpunt. liliī diuisura quoties dehiscere coepérunt: co- lore perq; pallido. Radix magna est atq; bulbosa: que pota aut cū mielle & lana in pessō apposita aquam educit & sanguinem. Folia trita manū in flammationes a partu contractas oculorūq; collec- tiones mitigat. Radix & folia igni ambiustis utilissime illinuntur.

De viola alba.

Cap.cxxxix.

**F**ucolon ex grecis aliqui basilion vocant. latini violam albā. His qui augustiam. nonnulli violam autumnalem aut passari nam. Vulgaris est noticie: sed in floribus differentia quedam. namq; aut cærulei. aut albi. aut purpurei. aut lutei inueniuntur.

De medicinali materia.

Lutea vero præcipui in medicina usus. Huius aridi flores ferueſa  
ti in defensionibus valent cōtra vulnē inflāmationes. & mēſtrua  
expellunt. sanāt oris vlcera cum melle. cūm cærato r̄imas ſedis.  
Semen dñini drachmarū pondere ex vino potum aut cū melle  
ſinditum menses ſectandas & partus extrahit. Radices cū a ceto illi  
ta bienem reprimunt. & podagricos linant.

De cratæogono. Cap. cxl.

**C**ratæogonum ſiuē vt aliis placet cratæonon foliis triticō ſi-  
mile eſt in multis calamis exſyna radice emſcatibus. multorūq;  
geniculorum. ſemine nulli. Nascitur in opacis & frinterosis. ſumi-  
mopere acre. traditum eſt a qnibus dā: q; ſi bibat ieiuno ore ter in  
die poſt menses purgatos trībus obolis in cyathis aqne duobus  
mñlier ante conceptū quadraginta diebus: & vir modo conſimili  
totidē diebus ante coitum hauriat. : virilis ſexus partum futurū.

De phyllo. Cap. cxli.

**P**hyllon aliqui eleophyllum vocāt. Nascitur in ſaxis. ſed quod  
thelygonon vocāt: eſt veluti muſcus. folio olinq; magiſherba  
ceiſcoloris. caule tenui ac breui. radice minuta. flore cādido. ſemi  
ne papaneris ſimili. maiore. ſed arrhenogonō cetera huic ſimile.  
ſolo fructu diſtata. habet enim vnas de florentibus oleis non diſſi-  
miles. arrhenogonon potu mäſculi ſexus facere partus: vt thely-  
gonon fœminci prodiſt. horū cratæas author eſt. ſed huiusmo-  
di historia tenus mihi pñuixisse videtur.

De testiculo canis. Cap. cxlii.

**T**esticulus canis quem græci orchin aut cinosorchin vocant:  
Foliis circa caulem mollis oleo ſimilibus in terra ſtratis. longi-  
gloribus. angustis. leuisbus. caule dodrantali. floribus purpureis.  
radice bulbosa. oblonga. oline modo angusta. dupliſ ordine. ſu-  
periore que plenior eſt. inferiore: que mollior ac rugiſſior. Edū-  
tur radices cocte vt bulbi. Ex quibus ſi maiorē edant viri: mares  
generati dicuntur. ſi minorē fœminæ. alterum ſexum addunt in  
thefſalia mollē mñlieris inſilacte: caprino biberet ad ſtimulados coi-  
tus. aridam vero ad inſibendos: & alterum alterius potu reſolui.  
Nascitur in petroſis & ſabuletiſ.

De altero testiculo. Cap. cxliii.

**T**esticulus qui alio nomine ſerapias andrea authore vocatur:  
quoniam radix inter pauca utiſis ſit: follius eſt porri latioribz.

Liber tertius.

**O**blongis. pinguibus. ex alatum sinu inflexis. caule palmeo. floribus pene purpureis. radice testiculis simili: que illata tumores discutit. vlcera purgat: & serpere eadem non patitur. abolet fistulas: & illitu inflamationes lenit. Aride radices nomas inhibent. sanat oris putredines. & vlcera cacoethe. aluum sustent e vino potet. de hac eadem que de testiculo canis produntur.

De satyrio. Cap. cxliii.

**S**Atyrium aliqui trifolium vocat. quoniam tria fert folia ad terram. infracta rumici aut illio similla. minorata tamen ac rubra. caule cibitalem. nudum. florē liliī effigie candidum. radicem bulbosam maiori magnitudine. fuluā. intus ut ouum candidā. gustanti dulcem & ori non ingratā. quā in vino nigro austero bibere conuenit contra opisthotonum. uten dū ea dū concubendi incessit cupiditas. si quidem ea proniores ad venerē fieri affirmant.

De satyrio erythronio. Cap. cxlv.

**S**Atyriū erythronion. aliqui erythraicō. alii melonis aquēū. alii sentaticon. alii priapicon aut satyriscon. alii satyri testiculū appellant. latini molorticulū veneris. semine lini. maiore. duro. leui. splendēte. qd fertur nō secus atq; scincus libidinē excitare. cortex et radicis gracili. ruffo. intus aut albū includitur. sapore dulci nō ingrato ori. In motosis & apricis enascitur. venerem ut pdunt: si onunino manu teneatur radix: stimulat: eoz magis si bibatur in vino.

De hormino. Cap. cxlii.

**H**ominū satiū a latinis geminalis. a dacis hormia dicitur. foliis est marrubio similis. caule semicubitai. quadragulo. circa quē eminentie siliquis similes pdeunt: que ad radicē spectat: in quibꝫ diuersum semic recluditur. siquidē in sylvestri rotundū fuscuꝫ inuenitur. in altero nigrū & oblongū: cuius est usus. ad venere stimulandā cū vino bibi volunt. purgat cū nielle argema albuginesque. illitū ex aqua tumores discutit. eo etiā extrahuntur aculei ex corpore. idē effectus est illitē herbe. sylvestre magis viribꝫ pollet: quare vnguentis presertim gleucino perinissentur.

De securidaca. Cap. cxlvii.

**H**edysaron vnguentarii pelecinum id est securidacam vocant. Fruticosa est foliis ciceris: semen ruffum in siliquis fert cornū colorū modo aduncis: qd ancipite securim emulatur. vnde nō accopit. amarū gustu. stomacho utile in potu. additur i antidotis.

De medicinali materia.

cum melle ante coitus subditum concipiendi spem adimit. Nascitur in segetibus & hordeis.

De onosmate. Cap. cxlviii.

**O**noscia aliqui osmaden. alii ononin. alii phlonytin appellant. Oblonga folia habet. ad similitudinem anchusae longitudine quattuor digitorum & diuum latitudine. mollia. in terra iacentia. sine caule. sine semine. sine flore. radice nititur longa. tenua. infirma. rubescente. gignitur in asperis. Folia in vino pota partus extrahunt. pregnans si ea supergrediatur: abortum facere dicitur.

De nymphea. Cap. cxlix.

**N**ymphea nascitur in paludibus & stagnantibus aquis foliis ciborio minoribus & longioribus. aliis in summa aqua aliis de mersis pluribus ex radice prodeuntibus. flore lilio simili. albo. & in medio crocos habente. cum defloruerit: ut rotundum malum aut papaveris caput extuberat. nigro semine. denso & lato. leti gustu. caulis est laevis. niger. minime crassus. ciborio cognatus. radix nigra. scabra. clavata similis: que autumno secatur. sicca cum vino pota cœlazis dysentericis auxiliatur. liene absunt. Radix stomachi ac vesicæ doloribus illuitur. utiligines ex aqua emedat. imposita cum pice alopeciis medetur. eadē contra veneris insomnia bibitur. siquidē ea prorsus adimit. pota assidue aliquot diebus genitale infirmat. idem semen potuna efficit. Nymphæ nomen sibi vendicasse videtur: quoniā aquosa amet. plurima inuenitur in helide. in anygro amine & in beotiæ haliarto.

De altera nymphea. Cap. cl.

**E**st & altera nymphæ: cuius flos blephara dicitur: foliis ante dictæ. radice alba. scabra. flore luteo. nitente. roseo simili. Huius semen & radix contra foeminarum profluvia efficaciter ex visu nigro bibuntur. Nascitur in thessalia amine peneo.

De androsace. Cap. cli.

**A**ndrosaces. sunt qui picrida appellent. alii leucen. alii thalassam. Herba est mara. tenues spargens runcos. sine foliis. foliculos in capitulis habens: in quibus semen continetur. Gignitur in syriæ maritimis. Ea drachmis duabus in vino pota copiosam hydropticis vrinam ciet. Idem effectus est semini poto & herbe decocto. podagræ utiliter illinitur.

De asplenio. Cap. cli.

**A** Splenium aliqui scolopendrion vocant. alii splenion. alii hemionium. alii pteryx. alii lorchitum. alii aturion. alii phrygianum aut phrygitum. aliqui philtrodoteu. magi mustellæ sanguinæ. Folsis est multis scolopédæ animali similibus ab radice sua producuntibus. Nascitur in parietibus faxisq; silicet & opacis. Nec caule nec florem nec semen habet. Folia filiculæ modo dividuntur subter flauescens hirsutaq; superne viridis. Vim hæc habet folia in aceto feruefacta: ut per dies quadraginta pota liensem absument. quibus etiam contritis liensem ex vino illini oportet. stranguræ & regio morbo prodest. singultum sedat. calculos in vesica comminuit. conceptum adimere creditur per se se aut cum inuli liene appensa. tradunt noctu silente luna huius rei gratia effodiendam.

De hemionitide. Cap. cliii.

**H** Emionitis quam aliqui splenion vocant: folium emittit dracunculi. lunatum. radicibus coheret multis. tenuibus. nunq; flores neq; semen neq; caulem gignit. in petrosis nascens. austero sapore. Ea ex aceto pota liensem absument.

De anthyllide. Cap. cliv.

**A** Nthyllis quam quidam anthemida vocat. alii erathemina. alii leucanthemon. alii soranthina. alii campestris florem. tromanis solastrum. Duplex est. quedam enim lenti simillima. foliis mollibus. rectis ramulis palmi altitudine. radice parua. temui. Nascit in salinis terris & a sole illustratis. non insulso gustu. Altera est foliis ramulisq; trisaginis similis hirsutioribus tamen. breuioribus & asperioribus. flore purpureo. odoris admodum grauis. radice cichorii. Pota drachmis quattuor vrinç difficultati renibusq; plurimū prodest. tritè vulnus pituitas emollit cuz rosaceo & lacte impositæ. vulneribus medentur. que autem trisaginis similitudinez refert: pota cum aceto mulso comitiales sanat.

De anthemide. Cap. clv.

Nthemida aliqui leucanthemō. alii heranthemon. quoniam vere floreat. alii chamænielon. quoniam niali odorem habent. nonnulli melanthemon. alii chrysocomani. alii calliam. romanis malis. aphri astertiphen appellat. Genera eius tria tatus flore distatia. ramis palmum non excedunt. fruticosi. alii multis. concavi. tenuibus ramulis. rotundis capitulis. floribus in medio

De medicinali materia.

auris forinsecus orbiculato ambitu. candidis. melinis aut purpu  
reis. magnitudine foliorum rute. Nascitur in asperis. & iuxta semi  
tas. colligitur vere. Vim habent radices flores & herba excalsaci  
endi extenuandis. potu & infusione pellut inestrua. part. vrinā.  
calculosq;. aduersus inflationes & ilei tormēta bibuntur. bilē suffi  
sani expurgant. iocinerū vitia sanant. Decocto earū vesicę souen  
tur. ex omnibus his generibus ad calculos efficacissima est: q; flo  
rem purpureū habet: cuius amplitudo matuscula est. hanc pprie  
heranthemion vocat. Ea cui leucanthemo nomē est: itē quę cry  
santhemon dicitur: vehemētius vrinā clunt. ægilopis illite mede  
tur. cōmandiculate vlcerū eruptions in ore sanant. nonnulli in cly  
steribus ex oleo vtuntur. teruntur in farinā ad abigendos febrū  
circuitis. Flores & folia recondi debent: & priuatim tusa in pastil  
los digeri. Radix quoq; siccari: dumq; ingruit necessitas binę ptes  
herbę dari. modo floris aut radicis pars vna. modo contra. floris  
partes due & herbę vna pmutati duplicato pondere alternis die  
bus. bibere autem oportet in vino mulso diluto.

De parthenio.

Cap. clvi.

**P**Artheniū aliqui amaracon vocat. alii anthemida. alii leucan  
theniō. alii chamēmelon. alii chrysocalin. alii melabathrum.  
nonnulli capestrem florē. romani solis seculū. aliqui mille foliis.  
hētrusci cautā. aphri thamath. Foliis est coriandri. tenuibus. flore  
per am bltū albo. intus melino. odore grani. sapore amaro. siccas  
tum cū aceto mulso aut sale potū non secus atq; epithynū & bi  
lem & pituitā detrahit. suspiciois prodest & melancholicis. Her  
ba sine flore a calculosis & anhelatoribus magna vtilitate bibi  
tur. valet decoctū ad insedendū in duricia yluvarium & inflamatio  
nibus. illinitur sacro igni & collectionib; cum flore.

De buphthalmo.

Cap. clvii.

**B**uphthalmon quidam cachlam vocant. alii balsamenā. magi  
hemoran. alii mercurii genituram. alii aphthitis semen. aut  
mnesthem. romani cappacoranta. aphri narat. tenues emittit  
cauliculos mollesq;. folia scenicali. Intem florem anthemide ma  
forem. oculi similitudine: vnde nomen traxit. Circa oppida nasci  
tur & in campestribus. Flores cū cērato triti tumores duriciasq;  
discutiunt. aiunt epotam post exitum a balneis regio morbo. cor  
reptis colorenu tractu temporis reddere.

## De peonia. Cap. clviii.

**P**aeonia mas siue glycyside. grecis aliquibus pentaboron dicitur. aliis orobelion. quibusdam orobax. aliis haemagogon. aliis paepon. aliis monogenion. aliis menion. aliis paepon. aliis panthiceratos. aliis dei dactyli. aliis aglaophotis. aliis theodoni. on. aliis selenion. magis selenogonon. aliis phthisis. romanis casta. Caulis altitudine sesquipedis adolescit comitantibus multis stolonibus. Huius duo genera. mas folia iuglandis habet. in secunda vero smyrnii more dividuntur. summio canale siliquas emit tit veluti grecas nubes. in quibus quam dehiscunt: multa granula rubra acinis punicorum similia inueniuntur & in medio nigra quinque aut sex purpurea. Radix maris terulis. digitali crassitudine. & palmi longitudine. gustu adstringens. alba. foeminae radicibus seu glandes circiter septem aut octo inhaerent ut in hastula regia. Foeminis a partu non purgatis sicca radix datur. cest menses nucis grecę magnitudine pota. Sic ventris doloribus cum viario auxiliatur. valet contra regium morbum & renum ac vesicę dolores. Decocta in vino altum sistit. rubra grana tubentes menses sistunt decem vel duodecim pota in vino austero & nigro. Stomacho & erosionibus eius esse prodest. a pueris pota initia calculorum eximunt. grana nigra auxiliantur suppressionibus nocturnis. vulnus strangulationibus. & matricis doloribus quindecim numero pota in aqua iussa aut vino. Nascitur in altissimis montibus & promontorii.

## De lithospernio. Cap. clix.

**L**ithospermon aliis ægonychon vocant. aliis leontion. aliis leoninum lapidem. aliis gorgonion. aliis tantalitum. aliis diosporon. romanis columbam. dacis gonoletam. aliis hera cliam. A seminis ductis nomen acceptum. Folii est oliue longioribus & latioribus. facent humi: que a radice exiliunt. rami lis surculosis. rectis. tenuibus. firmis. crassitudine iunci. in quorum cacumine bifidi exortus caulinorum speciem exhibent. foliis longis. inter quae paruum semen rotundum erui magnitudine. durisq; lapidea. Nascitur in asperis & redditis locis. vim hanc habet ut semine cum vino albo poto calculos frangat: pellatq; vrinam.

## De phalaride. Cap. clx.

**P**halaris caulinulos emittit: quales zea e minutis ac nullius

m sū

Vitis radicibus multos diuini palmarum, geniculis cinctos, semē candidum, oblongum milii magnitudine, tunditur: & in aqua aut vino succus ad vesicę cruciatus utilissime bibitur. Semen cochleari mensura potum ad eadem efficax est.

De rubia. Cap. clxi.

**R**ythrodanum aliqui tenthron, alii dracanon, alii cinnabarinum, latini rubiam, etrusci lappam minorem, ægyptii sophobivocat. Radix rubra est: qua tinguntur lanç. vna spote puenit. altera scribitur ut in thebana galilee & rauena italiæ, in caria inter oleas ut in aruis solo creditur. hanc non sine questu seruit, namque maximum ex ea sentiunt prouentum. asperci caules & quadranguli, longi, aparine non dissimiles, robustiores & multo maiores. foliis per interuersa certa circum articulos stellatim decussatis. semē eius rotundum inter initia viride, mox rubrum, postea cum ematuruit nigrum. Radix tenuis, longa, rubra, vrinam ciet, qua de causa regio morbo opitulatur pota cum aqua mulsa. item lischadictis & resolutis, crassam copiosamque vrinam pellit: non enimque & sanguinem, bidentes tamen cotidie lauari oportet: & excrementorum que rediuntur differentiam spectare, aduersus serpentum morsus succum ex vino bibere prodest. Semen ex aceto potum liene absunit, si posita radix trahit partus, menses, secundaque, albè vitiligini illita ex aceto medetur.

De lonchitide. Cap. clxii.

**L**onchitis que cestron aut medusa alio nomine dicitur, latine venerea, aut lanceola, folia habet latioris porri, rubescens, plurima, ad radicem circumfracta veluti in terram procumbens, pauca in caule, in quo flores cen' galericuli hiantibus comicis personis similes, nigri, & velut erictu albam exerentes linguam: quae ad labrum inferius semen promat laccè simile, triagulum, vnde sibi cognomentū arrogauit, radix danci. Nascitur in sitiéibus & asperis. Radix ex vino pota vrinam ciet.

De altera lonchitide. Cap. clxiii.

**F**lora est lonchitis, quam aliqui asperam lonchistinum, latini longinam aut calabrinam dicunt. Folia scolopendrii emittit, sed asperiora majoraque ac multo magis diuisa, vulneribus mirum in modum prodest, in essque inflammationes excitari non patitur, pota ex aceto liene absunit.

## De althaea. Cap. clxiii.

**A**lthea quam alii althiocon. alii ibiscum vocant. In sylvestriū maluarum genere est: cui folia ut cyclamino rotunda lanugine canescunt. flore rosaceo. bicubitali caule. radice lenta intus alba. althaea appellatur q̄ inter primas sit utilis: & pluribus polleat remediis. decocta enim in vino aut aqua mulsa in potu efficax est cōtra vulnera. parotidas. abscessus. mamma rum inflammationes. attritus. sedis inflationes. nervorum rigores. siquidem discutit. & excoquunt. rumpit. & ad cicatricēm perducit. cocti ut dictum est: adiecto suillo adipe aut anserino terebinthinae. ut malagmati letor fiat. facit ad vulnē inflammationes. præclusiones q̄ in pess. subdita. Decoctum eodem fungitur mūnere. oncia vulnē reliqua q̄ a partu extrahit. Decocte succus ex vino potus succurrat vrinē difficultati. calculosorum cruditatibꝫ. dysentericis. ischiadicis. tremulis. ruptis. dentium mulcet dolorē cum aceto decocta colluto inde ore. Viride semen siccumq; tritū vitiligines in sole perunctas emendat. eodem cum oleo peruncta a venenatis non feruntur. valet contra dysenteriam & sanguinis reiectiones aliucq; profluum. In posca aut vino decoctum bſſatur contra omnes vesparum. apum. similiūm q; aculeatos scutis. Folia cum olei momēto impribus & igni ambustis illinūtūr. Cōstat aquam trita radice addita subdio addensari.

## De alcea. Cap. clxv.

**A**lcea sylvestris maluarum generi assignatur. Folia habet dunis verbenaceæ proxima. caules treis aut quattuor cortice cannabino vestitos. florem rose paruum. radices albas. latas qui q; aut sex cunplurimum cubitales. Quę cum vino aut aqua potę dysentericis ruptisq; medentur.

## De sylvestri cannabe. Cap. clxvi.

**S**ylvestris cannabis quam aliqui hydriſuam. romani ternis nalem vocant. virgas fert althæe similes. minores. ingiores. & asperiores. cubiti altitudinem exantes. folio satiuę nigriore & asperiore. flore lychnidis subrubro. semine & radice althæe. Decocta radix illitu inflammationes mulcet. tumores discutit. toſos articulorum dissipat. huius cortex torquendis funibus acommodatus.

## De sativa cannabe. Cap. clxvii.

m. iii

De medicinali materia.

**S**Athiam cannabim aliqui cannabinon. alii schinostro phon. alii asserion appellant plantam magni invita usus ad robustissimos funes factitandos. foliis mali. grani odore. caulis bus proceris. inanibus. semine rotundo. quod largiore cibo genituram extingnit. Succus ex ea recente conuenienter airum doloribus instillatur.

De anagyri.

Cap. clxviii.

**E**nagyris quā aliqui acopon. aliī anagyrō. aliī agnacopon vno cant. frutex est arboris iistar. grauis odore. foliis agni virgis & flore oleris. semen in corniculis non breuibus gignit subrotū dum. firmum versicolori facie. simile renibus: quod durescit per messes. Tenera folia tumores illiti reprimunt. si partus hæreat: & secundē mensesq; morentur: drachmę pondere bibūtur in passo. sic & suspironiosis dantur & capitis dolores in vino. difficulter patientibus adalligantur: ita ut a partu statim auferantur. Radicia cortex concōquendis discutiendisq; adhibetur. Semen commā ducatum vomitiones vehementer ciet.

De cepa.

Cap. clxix.

**C**epa portulace similis est. sed nigriora habet folia: & radicez tenuem. Folia in vino pota vrinę stillicidio & vesicę scabielaborantibus opitulantur. Maxime id prestat: si cum decocto radici asparagi bibatur.

De alismate.

Cap. clxx.

**A**listma alii alceam. alii Damassionem. alii Acyron. alii lyron appellant. Folia ei plantaginis nisi angustiora essent. lacinia connexaq; in terrā. caule simpliciter tenui. cubito altiore. capitibus thyrsi flore tenui. candido. palecente. radicibus tenuib; vt veratri nigri. acribus. odoratis. pinguisibus. Aquosos amat tractus. Radix si detrahma una aut altera bibatur: his conuenit quis leporem marinum deuoraunt: aut a rubetis ranis demorsi sunt. aut opiu hauserunt. torminibus atq; dysenterie per se aut cū pari modo dauci potus datur. conuulsis & contra vitia vulue prodest. Herba fistit aluum. menstrua pellit: tumores illita mitigat.

De Onobrychide.

Cap. clxxi.

**O**nobrychis quā e grēcis aliqui onobrochilon. alii eschasmētē. alii corion. alii chamepityn. Romani opacam. alii brichtē latam. alii loptam. alii iſeinalem. daci aniassexe appellant. Folia

habet lentis.longiora panlo.caulem dodrantalem.florem purp  
reum.radicem parvam.Nascitur in viginosis.Herba suapre vi si  
trita illa natura:tubernacula dissipat.cum vino pota strangurias fa  
nat illita ex oleo sudores mouet.

De hyperico.

Cap. clxxii.

**H**ypericū alii androsemō.alii coriō.ali chamepithyn appell  
ant.quoniam semī odore resīnam imitatur.Surculaceo fru  
tice.dodrantali.rubente.folio rute.flore albē violē simili qui dīgi  
tis tritus sanguinetū succum remittit:qua ex caula androsemō co  
gnominatur.subhirsuta siliqua.& tereti.hordei magnitudine.se  
mine intus nigrō.resinosi odoris.gignitur in cultis & asperis.vrl  
nam cit.menstrua pellit appositum.tertianis quartanisq cum vi  
no potum liberat.semen triginta diebus hanstum ischiadicis me  
de tur.solia cum seminī illita ambusta sanant.

De ascyro.

Cap. clxxiii.

**A**Scyrum quod a quibusdam ascyrroides nominatur:hyperici  
genus est.magnitudine distans.fruticosus.maiores habens  
ramos.rubentia folia.tenuia.flores luteos & fructum resinosum  
hyperico non absimilez:cuius attritu digitifere cruentantur:qua  
de causa androsemum vocare.vsus feminis ad ischiadicos po  
tum in hydromelitis sextario biliosa recrementa amplissime de  
trahit.sed assidue dare oportet:donec sanitati restituantur.illint  
ur & ambustis efficaciter.

De androsemō.

Cap. clxxiv.

**A**ndrosemon siue ut alii appellantur ascyon. aut dionysia  
dem.ab hyperico ascyrōq differt:quod surcolosus ac tenue  
sit.rubentes rami.& solia rute duplicita aut triplicata:que trita vi  
noso succo manant.complureis alas habet in cacumine inversus  
stringq digestas:in quibus flores pusilli lutei & in caliculis semen  
papaveris nigri.insigne lineis.Huius come trite resinosum odo  
rem reddunt.semen drachmis duabus potum biliosa extremera  
ta pellit.ischiadicis medetur: sed a purgatione aquam exorbere  
oportet.Herba ambustis illita medetur.yulneribus sanguinem  
cohibet.

De cori

Cap. clxxv.

**C**oris quod aliqui hypericon vocant:frutex est folio erice.  
rubro.pinguiore ac minore non altior palmo.suavis.odora

De medicinali materia.

tus.acris. Potum semen menses trahit & vrinas. contra phalan-  
giorum morsus ex vino potum. auxilio est. rigotibus ex pipere:  
opisthotonicis ex oleo aptissime illinitur. radix. vio decocta pota  
q̄ defectis opeim ferre creditur. sed laborantem inter potam dū  
q̄ optimie cooperiri licet. si quidem corpus totum desindabit: ex  
qua re pristinam agilitatem recuperabit.

De aiuga.

Cap. clxxvi.

**G**racis chamaepitys. aliis pitysorysis. aliis orizelon. iis qui pō  
tum iuclūt olocyon. aliis bryonia sylvestris. athenis ionia.  
euboicis sideritis. magis minoruē sanguis. latinis aiuga aut cypri  
pum. dacis dochela appellatur. Herba in terra repens incurva. fo-  
liis semperiuī minoris. multo tenuioribus. hirsutis & pinguis-  
ribus. circum ramos densis. odore pinus. flore tenui luteo vel cā  
dido. radicibus cichoriis. folia septem diebus in vino pota regio  
morbo medentur. & quadraginta diebus exhydromelite iſchiasdi-  
cos sanant. dantur peculiariter vrinæ difficultatibus. iocineris &  
renumi vitiis. torminosis prosunt. ea apud heracleam ponticam  
perinde atq; antidoto contra aconitum vtuntur bibentes deco-  
ctum. ad antedicta illiusitum cum polenta iure decocti subacta. trita  
in farinam & cum fico in pilulis sumpta alium emollit. excepta  
melle cum æris squamina & resina purgat. apposita ex melle vul-  
ue vitia extrahit. mammariū duricias discutit. Vulnera glutinat.  
vlera que serpunt cum melle illita cohabet.

De altera aiuga.

Cap. clxxvii.

**A**lterum est genus aiugæ cubitalibus ramis in anchoræ spe-  
ciem incurvatis. præteniibus coma præcedentis. flore can-  
dido. scimine nigro. hæc pinū redolet. tertia mas nominatur. pat-  
ula. foliis exilibus. albis. scabris. caule aspero. candido. luteis flo-  
ribus. semine luxta alas. esipit hæc pinum. Vim candez obtinet:  
sed non usq; adeo efficacem.

Pedacii Dioscoridis Anazar-  
bei de medicinali mate-  
ria Terti Libri  
Finis,

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBEI DE ME-  
dicinali materia liber Quartus. Ioanne Ruellio  
Suectionensi interprete,



N SVPERIORIBVS libris amantissime arti.  
tradidim⁹ de odoramētis.oleis.arborib⁹.vnguē  
tis.animalibus.frumentis.oleribus.radicibus.  
succis.herbis.seminib⁹sq;.in hoc autem qua-  
to disserēmus de radicib⁹.& eis quæ restant her-  
bis.

De Betonica.

Cap.i.

**Q**uoniam psychotrophō vocitatur. quoniam frigidis locis inue-  
niatur. latini betonicam appellant. Herba est caulem ferens  
tenuem cubiti altitudine aut maiore. quadratū. folia queret. mol-  
lia. longa. in ambitu diuisa. odorata. prope radicez maiora. in sum-  
mis caulis semen veluti satureiē spicatum inest. decerpta huic  
folia siccantur plurimos ad usus. radicibus inititur ut veratri te-  
nuibus: quæ ex hydrocelite in potu pūtitosam vomitione euo-  
cant. Folia dari debent ruptis. conuulsis. mulieribus. vuln̄ malo  
opportunis. & ad laxādos vteri strāgulatus drachmæ viiius pon-  
dere cum hydromelite. tres in vini sextario drachmæ cōtra serpē-  
tiuni mortis ebibuntur. Herba magnavtilitate illatis a serpente  
vulneribus illūnit. aduersus etiam venena drachma ex vino po-  
ta conuenit. presumpta ea si venenum hauriatut: n̄ s̄ illi noce-  
bit. vrinam ciet. aliū subducit. medetur comitib⁹ & insanis  
pota ex aqua & iocineris lisenisq; vitiis drachmæ pondere in ace-  
to mulso. concoctionē adiuuat: si quis ea fabre magnitudine secū-  
dum coenam cum melle cocito deuorarit. modo consimili. acis  
de ructatibus ppinatur. stomachis cā manducare & succū deuo-  
rare pderit: si postea dilutū vīni sorbeatur. datur sanguinem ex  
creantibus tribus obolis. cū diluti vīni aut lactis cyatho. Ischiadis  
renū & vesicæ doloribus ex aqua. aquæ intercutē binis drach-  
mis ex hydromelite. regio morbo laborat̄ recreat. menses pel-  
lit drachmæ pondere cu vino pota. aliū purgant drachmæ quat-  
tuor potē in hydromelitis dece cyathis. facit cū melle ad tabē; &  
purulentā excretionē. Folia sicca tritaq; fistili vase recondūtur.

De bretanica.

Cap.ii.

De medicinali materia.

**R**etanica aut vettonica folia habet sylvestris lapathi: sed nis  
griota. & densiora. gustu adstringentia. radicem tenuem &  
breuem. caulem paruum emitit. Foliis exprimitur succus: qui  
igni aut sole cogitur. vim habet adstringentem: primitam depalce  
tibus oris & tonsillarum ulceribus accommodatam. valet etiam  
ad reliqua: quibus adstrictione est opus.

De vettonica. Cap. iii.

**V**ettonica nascitur in pratis & montibus. locis mundis & opa  
tuis circa frutices. A nimis hominum & corpora custodit. no  
sturnas ambulationes & loca sancta. grauisbus somnis resistit. ad  
omnem medendi usum commendata. Radicem habet rubram. odo  
ratam. porracea folia medio eorum puniceo in recto calamo tri  
angula. floribus in cacumine purpureis. farina recentis vulneris  
bus capitib[us] indita dolorem finit. vulnera glutinat. fracta ossa ex  
trahit. Sed cotidi e imponi debet: dum persanescant. dolori capi  
tis medetur: si iure decocti perfundatur: aut temporibus cum bi  
tumine illinatur: aut radix sufficiatur.

Delysmachia. Ca. iii.

**L**yismachia quam aliqui lytron appellant: catiles emittit cu  
bitales altioresve. fruticos. tenues. prodeuntibus geniculati  
foliis. tenuibus salicis figura. gustu adstringentesbus. flore rufso aut  
aureo. Gignitur in aquosis & palustribus. Foliorum succus adstri  
gente sua vi sanguinis refectionem supprimit. dysentericis potni  
datur. aut infunditur. mensium abundantiam sifit. in pessu. san  
guinis profluvio subuenit: si nates ea herba obturentur. vulne  
rum cruentem cohabet. acerrimum nidorem suffici reddit. qua de  
causa serpentes fugat: & muscas interficit.

De sanguinaria seu polygono. Cap. v.

**P**olygonum arthen. aliqui polygonatum appellant. alii cyno  
chalam. alii heracliam. alii asphalton. alii chiliophyllum. alii cle  
ma. alii polycaron. alii carcinethron. alii teuthalida. alii myro  
petalon. alii cnopodion. alii zaritheam. alii pedalion. & egyptii tel  
phin. aliqui stenophphin. magi genisturae herois. aliqui vnguem mu  
ris. latinis sanguinariam aut seminalem. aphri chulum. Ramos  
habet teneros & molles frequentibus geniculis cinctos: qui per  
terrā ut gramen repūt. folia rute sed molliora planiora q[ue]. sens  
ne sub omnibus foliis turgescente: vnde matre appellari volunt.

Liber quartus.

Flos ei candidus. aut puniceus. Vis epotis suci est spissata ac refrigera. prodest cruentem excretioni. choleric. alui fluctuibus. & vrine stillicidio. vrina aperte ciet. cu vino potus contra serpentum morbus auxiliatur. datur in febribus per horam ante significationes. foeminarum profluua impositu sustinet. id est succus purulentis auribus instillatur. facit eximie ad genitalium ulceram cu vino adiecto melle decoctum. stomachi seruori. sanguinis refectionibus. ulceribus & serpunt. ignibus sacris. collectionibus. tumoribus. & recentibus vulnibus folia illinuntur. De sanguinaria foemina. Cap. vi.

**S**anguinaria foemina fruticat uno caule arundini tenere simili. densis geniculis. & in se tubarum modo factis. tuberibus articulorum emarginatis toruliscis cingentibus. foliis piceis. radicis nullius usus. Nascitur in riguis. Huic quoque spissandi refrigerandique natura ad eadem valens sed inefficacior.

De polygonato.

Cap. vii.

**P**olygonatum nascitur in montibus. frutice cubito altiore. foliis lauri. latioribus & leuioribus. sapore mali cotonei aut punici cu quadam adstrictione. flores per singulos foliorum exortus promittit caudatos. foliis numerosiores incepta a radice suppeditatione. radicem habet albam. mollem. longam. crebro geniculata. densam. graueolentem. digitum crassitudine equantez. que vulneribus efficaciter illinitur. Quinetiam maculas in facie delet.

De clematide.

Cap. viii.

**C**lematis grecis. aliis phyleteris. ab aliis daphnoideas. ab aliis smyrnoideas. aut polygonoides appellatur. Leto pinguis solo puenit iucos spargens exiguos. Folia lauri figura & colore multo minoria. folia cum caulis in vino pota alui profluuta & dysenterias. sedat. subdita in pessu cu lacte & rosaceo aut cyprino cruciatibus vulne medentur. dolores dentium comedendata finit. imposta serpentum morsibus iuamentum prestat. fertur etiam contra aspidum istius ex aceto pota opitulari. Gignitur solo. in culto.

De altera clematide.

Cap. ix.

**E**st & altera clematis. quā aliquid epigetin: ægypti philacria. Romani ambuxum vocitāt. viticulos emittit rubescētes. letos. foliū gustu ad modum acre ac exulcerans. repit parbores ut smilax. Semē tritū pituitā bisellis detrahit in aqua aut hydromelite potū. Folia eius illata lepras purgant. cu lepidio conditum ad cibos.

De polemonia.

Cap. x.

**P**olemoniam alii phyletheria. cappadoces chiliodinamin apellant. Ramis exillis in versibus vtrinque digestis. foliis paucis rute maioriisbus ac longioribus calamintiae aut sanguinariae proximis. quibus in summis corymbi dependent nigro semine. radice cubitali. albicante. radiculæ simili. Nascitur in montosis & asperis. Bibitur in vino radix contra serpentes & dysenteriam. Ex aqua aduersus vrinæ difficultatem & coxendicum cruciatum. datur ex aceto drachmæ pondere licet sis. eadem scorpionis plague alligatur. tradunt eum qui radicem gestauerit: a scorpione non feriri. eumque si ictus sit: nihil in molesti passurum. dentium dolor enim mansa mitigat.

De alo.

Cap. xi.

**S**ympyton petreum id est alus: nascitur in petris. ramis tenuisbus. paruis. origano similibus. capitulis thymis. surculosus totum. odoratum. gustu dulce. saliuam ciens. longa radice. subrufa. digitali crassitudine. Decoctus in aqua mulsa & potum pulmonis virtus purgat. sanguinem reiicientibus & renum malis ex aqua datur. ad dysenteriam rubraque foeminarum profluvia in vino decoctum. ad conuulsa vero & rupta ex aceto mulso bibitur. quin & commanducatum sitim sedat. fauibus asperis subuenit. vulnera recentia enterocelastique conglutinat: & illitu cohibet. carnes autem cum symphyto decocte coalescent.

De altero symphyto.

Cap. xii.

te in cribro segnina dulci aqua perfunditur: & denuo pressa ab illa ciuitur. humor in pelui agitat. & linteo opertus soli exponitur. dumque steterit: tota supernatans aqua cum humore concreto effunditur. Hoc vero identidem fieri solet: donec existens aqua liquefcat: qua stillatim exhausta sedimentum mortario suscipitur. & conservando cogitur in pastillos. Sunt qui ad hauriendam protinus succi abundantiam cribratos cineres humili inspargant: & medietate cavae triclicatum linteum obtendat: per quod elaterium cum sua humiditate diffundunt. siccatus in pila ut dictum est: conterunt. aliqui pro dulci aqua marinam perfundentes ita eluent. Alii in novissima lotione mulsam aquam respurgunt. Elaterium optimus esse constat. leue. non ponderosum. cum candore leniter humectum. gustu a marissimum: quodque luce rnarum luminibus obiectum facile flagret. porraceum tamen scabrumque si turbidum spectetur: atque erui cinerisque plenum sit: grane & vitiosum esse solet. Nec desunt qui cucumis succo amyllum immisceant: ut candore ipsum & laetitatem imitetur. A bimatu ad decennium delectionibus utile est. integer modus obolus est: minimus semio bolus. pueris chalcidico. siquidem copiosius periculum adserit. bilem ac pituitam alterutra parte extrahit. Optima suspiriosis est purgatio. Quod si in animo sit delectionem moliri: adiecto salis duplo & stibii quod colorare sufficiat: ex aqua et non magnitudine catapotia dato: postea cyathorum virus aque tepide sorbeatur. ad citandas tamen vomitiones aqua diluens elaterium subiectas lingue partes penitissime pinna oblitio. quod si quisque difficilius euomat: oleo aut vnguento frino resoluto. somnum inhibeto. Porro his qui eximie vacnantur: continne vinum & oleum dari conuenit. etenim vomendo restituuntur. quod si vomitiones non finiantur: aqua frigida. polenta. posca. pomum. & quem stomachum densando corroborant: offerenda sunt. Ciet elaterium menses. partus enecat in pessu subditum. morbo regio medetur cum lacte naribus infusum. diuturnis capitibus doloribus liberat. efficax auginatur in vnguentu est canivetero oleo. melle. aut felle taurino.

De satino cucumere.

Cap. clvii.

**s** Atiui cucumeris trita radix & drachmæ viiius pondere pota in hydromelite vomitus ciet. Si quis facile secundum comedam vomere velit: binis obolis sit contentus.

## De staphide agria.

Cap. clviii.

**T**aphida agria; alii triphyllon. alii steson. alii astaphida. alii phthiroctonon. alii phthirion. alii apanthropou. alii polydes. alii pseudopathes. alii arsenoten. ægyptii ibesæden. romanæ herbæ pediculariæ vocat. Folia habet labræ cæsiæ dimissa. & caniculos rectos. molles. nigrosq. fert florem glasti & folliculos virides similis ciceri: & in his nucleus triangulū. scabrum. ex nigro subfulvescentem. intus album. gustu acrem. Grana quinua de nave si trita in aqua multa dentur; crassum humor per vomitum purgat. sed qui hauserunt; am bulare debent. Prudenter tamen attendere oportet & aquam multam potuare: quoniam pericula stragulacionis inferunt. & fauces adurunt. Trita & ex oleo illita phthiriasi pdest. itē pruriginis & psoris. cit plurimam pituitam commanducata. Decosta in acetato deutsum dolor colluto ore subuenit. rheumatismum gingivuarum sifit. vlcera oris manantia cum melle sanat. ventibus malaguatis imponitur.

## De thapsia.

Cap. clix.

**A**hapsia aliqui hypopion vocant. alii pancranon. alii scammonion. alii thelyterin. romanæ ferulaginez. alii ferulæ sylvestrem. poenæ boeden. Nomen ideo accepit: quod in tapso eiusdem ratione in insula primum invenuta sit. tota vero natura ferulæ similis est. graciliore caule. foliis fœniculii. vix bella aneti in cacumine a singulis surculis erumpente. flore luteo. semen quale ferulæ latum: sed aliquanto minus. radix nigra intus candida. longa. acris. crassiore libro vestita. Lactis extrahendi ratio hec est. facta in amphitudo scrobe cortices incliduntur. aut radix in fornici speciem excavata cooperitur: quo merus succus confluat. oportet illuc sequenti die se conferre: & congestum succum extrahere. Tunditur etiam radix in pila: & succus organo per quallum expressus fistili crasso insolatur. alii qui foliuzyna terunt: sed in malidior huiuscmodi succus. hoc autem interest: quoniam qui ab radice manauit: grauius olet: & humidius permanet. foliis autem extractus exiccatur: atque teredinum iniurian sentit. Qui succum colligit: stare debet non obuersus vento cum dies apricus est & a flatu silet: quoniam ob vaporis acrimoniam facies vehementer intumescit: nudusq. corpora inuadunt pustule. ob id prius liquido cerato. & ad stringente

nudas partes illinuit: & ita inuniti accedunt. Tam cortex radicis  
q̄ succus purgādi vini habent. Lacteus succus in aqua mulsa pos-  
tus utrīc̄q̄ bissem extrahit. radicis modus quaterū oboli cum tri-  
bus seminis aneti drachmis. succi terni oboli. lactic obolus unus.  
quod eo ampli⁹ assumitur: periculōsum est. Huiusmodi purgatio  
conuenit insipiosis & diurnis laterum doloribus reiectiōibus  
q̄ datur in cibis aut obsonio: quibus difficile sit vomere. Tam ra-  
dix q̄ succus omnium maxime quae pares cum eis vires adepta  
sunt: vim habent transconcretiā: vbi ex imo aliquid enocan-  
dum est: aut meatuum laxitas alio transferenda est. unde succus il-  
litione & radix recens affictu alopecias explent. Radix succus q̄  
cum æquis cere thurisq; portionib; sugillata linoresq; tollunt:  
sed non plus binis horis dimittantur. locus deinde aqua maris ca-  
lida foneatur. vitia cutis in facie emendat cum melle illitus. lepras  
tollit. tubercula discutit perunctus cum sulphure. Succus in diu-  
turnis pulmoni. laterum. pedum. articulorumq; valetudinib;  
utiliter illinuit. Valet ad integrandam colis glandem: si qui natu-  
ra non circumcisione curti sunt. tumorem enim excitat: qui pingui-  
um sotu emollitus in pene iacturam refacit.

De spartio. Cap. clx.i

**S**partition aliqui lygon. alii lobon appellant. frutex est longa-  
ferens virgas sine foliis. firmas. fractu contumaces. quib⁹ vi-  
tes vincluntur. semen lenticulæ in folliculis phasiolorū modo na-  
scens. florem ut albe violē luteum. Purgat per superna hellebori  
vice citra periculū flores & semina quinque obolis in aqua mulsa  
pota. Semen delectionē mouet. Ramis in aqua maceratis mox tu-  
sis extractus succus ischiadicis & angina laboratibus auxiliatur: si  
cyathi moduz ieiuniū bibet. Quidā marina aqua macerare malūt.  
& infundere. ischiadicis clystere. strigmēta aut elicit cruenta.

De silybo. Cap. clxi.

Ilyburn lata spina est folia ferens chameleonis albi. Hæc  
recens cum sale oleoḡ cocta estur. Radicis succus dracha-  
me pondere potus vomitiones ciet.

De vomitorio bulbo. Cap. clxii.

**B**ulbus quē vomitorium vocat. folia habet lentiora & multo  
longiora cibario bulbo. radicē cōsimilē cortice nigro vestitā.  
Vomitōes cōcitat: si p se comedatur; aut eius decoctū ebibatur.

## De vnguentaria glande.

Cap. clxiii

**L**ans vnguentaria fructus est arboris myricę similis magnitudine auellanę nucis: cuius nucleus grecarum nucuz more tritus humorem reddit: quo ad preciosa vnguenta pro oleo vtur. Nascitur in æthiopia ægypto. arabia & petra oppido iudeæ. Preferitur plena. recens. candida. q̄ facile delibretur. Ea drachmę pōdere pota llenę absunt. Cū erufarina & aqua multa podagrī cis illinitur. psoras lepraq; de costa in aceto vitiliginēs & nigras cicatrices cū nitro emendat. & cū lotio lentigines varos & papulas in facie & cutis vītia tollit. vomitiones mouet. aluum cum hydromelite resoluti. stomacho aduersatur. Oleū quod ea exprimitur. alii potu ciet. Cortex eius magis adstringit. verum tuse & expresse recrementū abstergentibus medicamentis adiscitur: quæ aduersus prurigines & scabriças idonea sunt.

## De narciso.

Cap. clxiiii.

**A**rcissuz. aliqui narcissus anlydon. alii autogenes. alii bulbon emeticon. alii lirion. romani bulbum morbitariū. sunt & qui ut lilyum lirion appellarint. Folia porrosimilia. tenui. multo minora. & angustiora. caulis vacuus & sine foliis supra dodram attollitur. Flos albus in medio. intus croceus. in quibusdam purpureus. radix intus alba. rotunda. bulbosa. semen vclut in tunica. nigrum. longum. Probatissimum nascitur in montibus. suauis odore. cetera porrū imitatur: atq; haerbacū viris olet. Radix costa siue estur siue bibitur: vomitoria est. ab usuis igni prodest cū ex quo melle trita. præcisos neruos illitu glutinat. luxatis malcolis diuturnisq; articulorum doloribus trita ex melle & imposita subuenit. vītia cutis in facie vitiliginesq; cum semine vrtice & aceto emaculat. cum eruo & melle ulcerum sordes expurgat. Abscessus rumpit concoctioni repugnantes. infixa corpori extrahit illata cum lolii farina & melle.

## De hippophac.

Cap. clxv.

**H**ippophæs. alii hippophyces. alii hippophanes. alii hippion. alii echinon. alii pelecinon. romani lapaginem vocant: quo fullones vestes interpolant. In fabulosis maritimisq; nascitur surculaceo fruticē. denso & largo. foliis oleæ. longioribus mollioribusq; inter que candicantes spine euicant. siccæ. angulosæ. interstitiō quodam distantes. flores hederae corymbis similes racē-

De medicinali materia.

matim coherent: minusculi tamen & molles. candidi. ex parte rufescentes. Radix lacteo succo madet. crassa. mollis. amara gustanti: ex qua perinde ac thapsia succus eximitur: qui cum erui farina subactus siccatur. & ad vnum reconditur. pituitas bilemque detrahit oboli pondere cum mulso & quattuor obolis erui farinæ. Fru tex cum radicibus siccatis tunditur: & cum aquæ multæ dimidia hemina tritus datur. Radice liquamentum deponitur ut in thapsia. Huius in purgationibus modus est drachma.

De hippophesto. Cap. clxvi.

**H**ippophesto id quod aliqui hippophæs appellant: nascitur hisdem locis quibus hippophæs: estq; spinæ fullonisq; genus humilis herba sine cauliculo. sine flore. in anibus tantum capitulis. foliis paruis. spinosis. radiculas habens albas. molles. crassas. Succus radice & foliis exprimitur: & exsiccatur. datus cui voles tribus obolis in aqua multa aquam pituitasq; detrahit. primitim coinitialibus morbis. neruorum vitiis. & orthopnoe conuenit hunc secmodi purgatio.

De ricino. Cap. clxvii

**R**icinus croton aliqui sesammon sylvestre vocant. alii seseli cyprion. alii crotona. ægypti sistamnia. aliqui trixin. magis sanguinem febris. latini ricinum. alii lupam. Id nomen accepit a ricini animalis similitudine arbor prouenit parue fucus altitudine. folio platani. maiore. leuiore & nigriore. ramis candidibusq; caulis in arundinis morem. semine in vnis asperis: quod corticibus exutum ricinum animal representat: ex quo oleum nomine cicinum expressum. cibis foedum. lucernis emplastrisq; utile. Grana triginta numero purgata potu pituitas bilem aquamque per alumini extrahunt. vomitiones mouent. sed iniuncta admodum est & molestia purgatio. siquidem stomachum vehementer subuertit. tusa & imposita vicia cutis in facie varosq; expurgat. Folia cum polenta trita inflammationes oculorum tumoresq; leniunt. turgentes manus cohident. Eadem exaceto illi ignes sacros restinguunt.

De tithymallorum generibus. Cap. clxviii.

**T**ithymalli genera septem: quorum masculus characias appellatur. ab aliquibus cometes. aut amygdaloïdes. vel cibos. Alter myrrites qui foemina existimat: eumque myrsinitem aut caryitem vocant. Tertiis paraliu s: quem tithymallida appell

Liber quartus.

larunt. Alius helioscopius. Quintus cyparyssias. Sextus dendrodes. Septimus platyphyllos dicitur.

De characia appellato.

Cap. clxiv.

**C**haracie caules supra cubiti altitudinem attolluntur rubri. lacteo succo atque acri madent. Foliis oleæ circum ramos angustioribus & longioribus. radice dura. lignosa. pendet in caciunibus caulium coma funci & calyculati folliculi aliquantum catulli in quibus semen continetur. Nascitur in asperis & montibus. Succus alium purgat. trahit pituitam bilemque binis obolis in poeca sumptis. & cum aqua nulla vomitiones mouet. Appetente vindemiatum tempore succus congestis ramulis: mox decisis & vase reclusis excipitur. Aliqui adisciunt farinam erui: & in pastillos digerunt: qui erui magnitudinem impleant. Alii suaridas siccos ternas quaternasque guttas instillant: ut cum his inarecent: quas ad usus recondunt. per se etiam tuisus in pila & in pastillos coactus reponitur. Porro cum extrahitur lac neque quo ventus aspisset: stare quemque: neque manus oculis adinouere conuenit: sed ante eius collectionem corpus praesertim faciem. collum. scrotum & genitalis adipue aut oleo cum vino perungere. fauces autem exasperat. Quapropter catapotia exera aut decocto inelle oblini par est: & hoc modo dari. binastamen teriasve ficos purgationis gratia sumpsisse satis est. Recens lac ex oleo perundos in sole capillos enellit. renascenteque flauos & exiles efficit. denique omnes destruit. Dentium cavernis inclusum leuat dolores: sed cæra dentes oblinendi: ne suo delapsu fauces & linguam vitiet. tollit illici impetigines. & fornicantes verucas. penesiles. & que thymi fermentum representant. valet aduersus pterygia. carbunculos. phages. drenas ulcerum: gangreas: fistulasque. Legitur semen autumno: & siccatum sole leuiter tunditur: serue factumque loco mundo respondit. Folia item siccantur. Semen & folia lacte succi effectum prebent dimidio acetabulo pota. Sunt qui condiant admisto cunctis lacte lepidio & caseo contuso. Radix drachmæ pondere in hydro melite pota per inferna trahit. Decocta cum aceto dentium dolor auxiliatur colluto ore.

De foemina.

Cap. clxx.

**E**oemina quam myrsinita aut caryitea vocatur: similis sua: pte natura daphnoidi. foliis myrti sed majoribus in cacumine

De medicinali materia.

acutis. & pungentibus. Ramulos ab radice mittit dodrantales. fructum fert post annum nuci similē mordaci gustu. Nascitur in asperis. Succus. radix. semen. folia. consimilem ait edicto sortiuntur facultatem: sed ad citandas vomitiones inuadidior est.

De paralio. Cap. clxxi.

**L**iud tithymallī genus dicitur paralios: quē tithymallida aut meconia aliquā appellauere. Nascitur in maritimis. ramis rubentibus. palmī altis. quinque sensive a radice exerūtibus. foliis lini. angustis. paruis. oblongis. in versus quosdā digestis. capite in cacumine orbiculato: in quo semen ut eruū vario colore emicat. flos albus. frutex totus cū radice lacteo succo turget. similes ad vīsus reconditūr.

De helioscopo. Cap. clxxii.

**H**Liud genus helioscopus dicitur. foliis portulace rotundioribus. ramulis propeuntibus a radice quattuor aut quinq̄ rubentibus. dodrantali altitudine. tenuibus. lacte copiosi plenis. capite aneti. semine in capitulis inclusō. Helioscopi nomen accepit: quoniam comas cū sole circūagat. Circa oppida nascitur potissimum in ruderibus. Colligitur succus semēq; vt aliorū. Exedē que superioribus vīres: non tamen vsc; adeo valide.

De cyparissia. Cap. clxxiii.

**C**yprissias in caule exit dodrantale vel maiorē. subrubru: ex quo folia piceā similitudine exoriūtūr: mollisora tñ & tenuiora: & in totū nascentē piceā emulatur: vnde nomē traxit. Cādido succo madet: cui eadem vīs que superioribus.

De petreō tithymallo. Cap. clxxiiii.

**G**enus tithymallī in petris nascens. dendroides cognominat. in cacumine largā spargens comā. succo lacteo prægnās. caulis rubentibus. foliis myrti tenuioris. structu characie. Eiusdeꝝ effectus cuius superiores: similic; modo reconditūr.

De platyphyllo. Cap. clxxv.

**L**atyphyllos verbasco similis est. radix. succus. & folia per inferna trahunt aquas. pisces necat. tūsus & aque inspati. Reliqua tithymallorum genera quæ supra scribuntur: eadem efficiunt.

De pityusa. Cap. clxxvi.

**D**Itysam aliqui cleima. aliis crambion. aliis paralion. aliis caropī convocant. hanc specie a cyparissia differre constat: & si tithy-

Liber quartus.

malorum generi assignetur. Caulis supra cubiti altitudine assurgit. geniculatus. foliis piceis acutis. exiliis. flore parvo. purpureo. semine instar lenticule. late. radice crassa. candida. succo referta. qui busdam in locis frutex hic pregrandis inuenitur. Detrahit per aluum radix drachmis duas data in aqua mulsa: item seminis drachnia. succi cum farina sub acti cochlearium in catapatio datur. modus foliorum drachme tres.

De lathyris. Cap. cxxvii.

**L**athyris quam aliqui tithymallum appellant: eaque tithymallum ex numero adscribit: caule in emittit cubiti altitudine. & digitali crassitudine. inanem. gignuntur in cacumine altere & folia in caule oblonga amygdalinis proxima. latiora. & leuiora. que aut in summis ramulis exierunt: minor a conspicitur aristolochiae aut oblongae hederae figura. in cacumine fructu sursum mis surculis gerit. trichomi conceptaculo insigni. rotundum. ceu capparin: in quo grana intercurlantibus membranis distincte continetur. erunt maiora. rotunda. que dum corticibus exuuntur: candida sunt & gustu dulcia. nulus radicis virus. Totus frutex lacteo succo turget: ut tithymallus. Grana sex aut septem in catapatio aut cum fisis aut palmulis deuotata aluum purgant: sed aqua frigida postea sorbenda. trahunt autem bilem. pituitam & aquas. Succus tithymalli modo exceptus eundem effectum prebet. In gallinaceo iure aut oleribus folia de coquuntur ad eosdem effectus.

De peplo. Cap. clxxxix.

**D**Eplos quem aliqui sycen. alii mecona aphroden vocant. frutex est lacte succi plenus. foliis rute paulo latioribus. rotunda coma doctrantali. humili respersa. semine sub foliis rotundo. minus reque candidi papaveris. Pluribus scatet auxiliis. Unicam radicem habet superuacuam. ex qua fruticat. Nascitur inter vites & in hostis. Colligitur messibus. siccatur in umbra & continue versatur. fructus tuisus & feruefactus reconditur. bilis ac pituita detrahitur acetabulo eius in hydromelitis cyatho poto. obsoniis inspersa conturbat aluum. muria conditum.

De peplide. Cap. cxxxi.

**D**Eplis quam aliqui sylvestrem portulacam vocant. hippocrates peplion. in maritimis nascitur. largo frutice. candidi succi pleno. foliis satiue portulace. rotundis. inferne rubentibus. semi-

De medicinali materia.

ne sub foliis rotundo uti in peplo. feruente gustu. radice singula-  
ri. superuacua. tenui. colligi & reponi solet. Datur uti peplos: & co-  
ditur. easdem habet vires.

De chamaesyce.

Ca. clxxxi.

**C**hamesyce aliqui sycen. alii spumosum papaver vocat. Ra-  
mos emittit quaternum digitorum. teretes. succosos. in ter-  
ram delectos. folia lentis parva peplū plane referentia. tenuia; que  
a terra non attolluntur. semine sub foliis rotundo ut in peplo. Ne  
caulem neq; florē promit. radice firmatur tenui. superuacanea.  
Rami ex vino triti vulnē dolores sedat in pessō appositi. tollunt tu-  
mores ac verrucas omnium generum illiti. Decortorum cibo al-  
uis resoluitur. Succus simili effectu prodest. illitus contra scorpi-  
onis icū auxiliatur. aduersus caligines oculorum utilis & hebe-  
tudines. incipientes suffusiones. nubesculas. cicatrices cum melle  
inunctus. In squallidis petrosisq; nascitur.

De scammonia.

Cap. clxxxii.

**S**cammonia aliquibus scambonia radix. aliis colophonía. ali-  
is dactylion. romanis colophonium. magis apopleumonos.  
ægyptiis saniliuum dicitur. Ramos ab una radice emittit trium cu-  
bitorum multos. pingues. & qui non nihil crassitudinis præ se fe-  
rant. foliis helixæ aut hederaceis: mollioribus tamen. densis &  
triangulis. flore candido. rotundo. in calathī modum cauo. gra-  
ueolente. radice prælonga. crassitudine cubitali. candida. graui odo-  
re. succo grauida. Legitur ad hunc modum succus. capite exem-  
pto radix in testudinis speciem cultro excavatur: quo fit ut in ca-  
uum conficiat succus: qui conchis demum excipitur. Alii scrobes  
in terra concamerato sunu fodinat: in quos subiectis iuglandium  
foliis profundunt succum: siccatumq; extrahunt. Laudatur autē  
scammoniū lœue. nitidum. rarū & colore q; simillimum taurino  
glutini. fungosum. tenibus fistulis: quale ex myria regione asse  
contermina deportatur. nec attendere solum par est: si lingue ta-  
bu albescat. hoc enim euénit adulterato: quod admisto fit tithe-  
malli lacte: sed longe magis autea narratis. item si nō vchemeter  
linguam exurat: id quod misti tithemalli argumentum est. Natio-  
ne autē syriacum & iudaicum deterrima habentur. grauia. densa.  
eruifaria & tithemalli vitiata. Succus drachme vnius aut qua-

ternum obolorum pondere haustus ex aqua pura vel mulsa per inferna bilem & pituitam extrahit. ad refoluendum aluum binos obolos cum sesama aliove semine sumpsisse satis est. Dantur efficacioris purgationis cusa succi quaterni oboli cum duobus veratri nigri & aloes drachma vna. Fiunt purgatorii sales drachmis viginti succi scammoniae in senos salis cyathos adies etis. Horum modus proportione virium. integer quidem tria cochlearia. mediis duo. minimus vnum. Radicis drachma vna aut altera purgat cum sis: que retulimus. nonnulli decoctum radicis ebibunt. Coquitur in aceto & cum hordeacea farina tetitur cataplasmate ischiadicis vtili. partus enecat succus vuluae in lana subditis. tubercula discutit cum melle aut oleo illitus. Decotto in aceto perennae lepre abiguntur. diuturni capitis dolores ex aceto & rosaceo perfunduntur.

## De chamelea. Cap. clxxxii.

**C** Hamelcam aliqui pyros agnen. alii heracleon. alii bde lyram. alii coccon gnidion. romani citocacum. non nulli oleaginem. quidam oleastellum vocant. Surculosa fruticat ramis dodrantibus. Folia oleo simili tudinem habent tenuiora & amara: que gustata linguam mortident: & arteriam deradunt. Detrahit pituitam bilemque: foliis praesertim in catapotio deuoratis. namque dux absinthii partes adiecta chamelece vna hydromelite excipiuntur: & in catapotia coguntur. ea autem in ventre non liquescunt. si quidein quotquot fuere deuorata: regeruntur. Foliis cum melle tritis sordida vlcera & crustosa repurgantur.

## De thymelea. Cap. clxxxiii.

**T** Hymelcam alli chameleam. alii pyros agnen. alii cestron aut cneoron vocat. ex qua granum gnidiu[m] qd est thymelce fructus: colligitur. hoc syri apollinum. alii linum appellant: quoniam satini lini frutex suapte natura similitudinem referat. Virgas edit per pulchras. tenues. tripedaneas. foliis chamelece angustioribus. & pinguioribus. viscosis. gomosisque si mordeantur. flore candido. fructu myrti in modu rotudo: qui inter initia viret: & tandem rubescit. pulpa fructus dura. foris nigra. intus alba. que p inferna biles pituitam. aquasque detrahit: si viginti granorum pars interna bis

hibatur.verum fauces adurit. Itaq; cum farina aut polenta. aut in  
vne a cino dari debet: aut in melle cocto obducta denorari. qui egre  
desudant: trito semine cumi nitro & aceto innunguntur. Folia que  
peculiariter gneorum appellantur: per messes colligi debent: &  
siccati in umbra recondi. quibus dare libeat: antea tundere: & ner  
uos eximere conuenit. illitum acetabulim modo cum diluta potio  
ne aquam extrahit. mediocris purgat addita lente cocta aut co  
tritis oleribus. Thymelæ farinavus acerbe succo excipitur: & in  
pastillos diluiditur. Herba stomacho infesta. partus imposita ne  
cat. Nascitur in montibus & asperis. Halucinantur qui cocco gni  
dium fructum esse chameleæ existinant. falluntur enim quadam  
foliorum similitudine.

De fabuco.

Cap. clxxxiiii.

**F**acten aliqui dendron arctu. alii hemeron. latini fabricu. gal  
lici scobiem. dacis sebam vocant. Ex eo genere quedam in ar  
borem assurgit surculos spargens arundinaceos. teretes. cauos.  
candicantes. proceros. folia iuglandis terna quaternave. ex inter  
uallis circa ramos exeunt. grauula odore. minutis in ambitu secta.  
& in ramulorum cacuminibus caulinisq; circinate umbellæ: q  
florem candidum pariunt. mox fructum terebintho simile in ni  
gredine suppurpureu. acinosum. succo madentem vinosumq;

De ebulo.

Cap. clxxxv.

**E**sterū genus chamaeleæ vocatur. aliis heliosacte. aliis agria  
facte. aliis euboica. romanis ebulum. gallis ducone. dacis oli  
ua. Ebulum longe humilius est magisq; herbaceo generi assigna  
dum. caule quadrangulo. geniculato. foliis amygdale ex interval  
lo longioribus. geniculatum distributis in versus. graueolentibz.  
in ambitu serratis. muscario fabuci. flore & acino eiusdem. radice  
nititur longa crassitudine digitali. Eadem utriusq; vis & usus. re  
frigerans & exicans. alio detrahens aqua. stomacho inutilis. Fo  
lia olerum more coquuntur ad pituitâ bilemque detrahendi. caules  
teneri in patinis cocti eadē efficiunt. Radix in vino decocta & in ci  
bis data hydropicos adiuvat. prodest viperarum morsibus eodē po  
ta modo. vulvas emollit insidentiū decocto. laxat earū spiracula:  
& vitia corrigit. Acini in vino poti eodem funguntur munere.  
dens grant capillos illiti. Folia si prætenera ac mollia ex polenta il  
linantur: inflammationem mitigant. ambustis & canis morsibus

illitū prosint. vlcera quē dehiscunt: in fistulā agglutinant. Iis qui podagra tentantur: cum seu hircino pluit illita folia.

De pygnocomo. Cap. clxxxvi.

**P**ygnoomon constat erucē solis aceribus. scabris. & crassis. caule quadrangulo. flore ocyti. semine marrubii. radice nigra. rotunda. lutei coloris. exigui mali figura terram redolente. Inuenitur in saxosis locis. Semē grauia somnia & tumultuosa facit drachmē in istar potum. timores discentit illitū cum polenta. spicula adactosq; corporis aculeos extrahit. folia illitū tubercula passosq; discutiunt. Radix eius in aqua multa diuum drachmarum pondere alnum & bilem extrahit.

De apio ceu radice sylvestri. Ca. clxxxvii.

**A**pion nōnulli ischiada. aliis chamelebalanam agriam. aliis linos zostin. latini radicem sylvestrem. poeni torphathis ador appellant. Iuncos dnos siue tres spargit rubros. tenues: quia terra parum attolluntur. Foliis rute oblongioribus tamen & angustioribus. herbaceis. semine paruo. radice hastulę regię in formam piri turbinata. succi foecunda. intus habet succum cädidum. extra cortices nigros. Superior pars eius vomitione bilem pituitasq; extra hit. Inferior per alium. tota utrinq; purgationes monet. Succus si libet eximere: tusa radix in fistili inergitur: & agitata aqua quod supernat pīna selectum exiccatur. purgat utraq; parte is succus sesquiobolo potus.

De colocynthide. Cap. clxxxviii.

**C**olocynthis aliquibus colocyntha ægos. aliis sicya pīcra. alias alexandrina colocyntha. zoroastri tymbra. ostiani autogenes. romanis cucurbita sylatica. dacis tustrata dicitur. Sarnicta foliag; satine cucurbitę emittit per terram repentina. diuisa. fructū in speciem mediocris pilę conglomeratum. vehemēter amarum: quem legere oportet: cum ceperit in lateum colore in permutteri. medulla fructus purgatoriam vim habet: si quattuor oboli mel le cocto myrrha & nitro excipiantur: & cogantur in catapotium. arefacte pile teruntur: & infuse clysteribus prosunt neruorum resolutioni. coxendicum doloribus. & colivitis. vt que bileni. pituitam & strigimenta interdum etiam cruorem eliciant. foetus ad morte enecant. dentium dolorem tollunt: si vna repurgetur & luto obligata cum aceto & nitro inferuescat. hocq; ure decocti dentes col-

De medicinali materia.

luantur. si aqua mulsa aut passum incoquatur & sub dlo refrigerat: potu crassum humorē & strigmenta alui detrahet. stomacho supra modum aduersatur. Subdita ex ea balano alui excrementa efficiuntur. virēti succo utilissimē ischiadi cī perfricantur.

De epithymo. Cap. clxxxix.

**E**pithynnum romanū in solutū vocant. Flos est e thymo durī ore. satureiē similis. capitula habet tenuia & levia & in eis fibras quasi capillamenta. Potum cū melle detrahit pituitam bilē & atram per inferna priuatim pdest melancholicis & inflatis acetabuli mensura ad quattuor drachmas cū melle sale & aceti exi guo. Plurimū in cappadocia & pamphylia gignitur.

De alypo. Cap. cxc.

**A**lypon surculosa herba est. subrubra. latis ramulis. tenuibz foliis. fiore molli. copioso. radice betae. tenui. reserta acri suc co. semine epithymi. Gignitur in maritimis. Hęc pleracq; libye loca scatēt. Semen atram bilem deficit: si mēsura epithymo pari cū sale & aceto fumatur. verū interanea leniter exulcerat.

De empetro seu calcifraga. Ca. excl.

Mpetron aliqui phacoïdes vocant. Nascitur in montibus & maritimis. salfo gustu. Sed quo ppins terreno fuerit: amarius sentitur. Trahit bilem. pituitā. & aquam; si bibatur in fure aliquo aut hydromelite.

De clematide. Cap. cxii.

**C**lematidē aliqui epigetin. ægyptii philacnō. romanū ambuxum nominant. viticulis constat subrūbris. folio vchemēter acri gustu & exulcerāte. vicinis inuoluitur arboribz ut similax. Tritum semē & ex aqua aut hydromelite potū bilem pituitam & detrahit. illata folia lepras eximūt. cū lepidio cōditur ad csum.

De labrusca. Cap. cxiii.

Abrusca farmenta vitis modo prelonga emittit. aspera. lignosa. rimoso cortice. foliis hortensii solani lōgio ribus. ac latioribus. muscoso flore & capillaceo. fructu exiguis vnis simili post maturitatem rubente. rotunda est acinorū facies. Feruefacta radix in aqua & in cyathis duobz vini aqua marinā diluti pota humorē alui ciet. ideo hydropicis datur. Vnde eius virtus cutis in facie & in aculas omneis expurgant. Enascētes ranunculi cibi gratia condūntur.

## Liber quartus.

De vite alba. Cap. cxliii.

**V**Item albam aliqui bryonianum. alii ophiosaphylon. alii chellodonion. aut melothron. aut psilotron. aut archeostin. aut agrostin. aut cedrostin appellant. Foliis sarmenitis pampinissimis sa-  
timam vitem imitatur: sed hirsutiora sunt omnia. Ea quos prope  
se nascita sit frutices: suis claviculis complectitur. fructus rubens in  
vua dependet: quo coria pilis spoliantur. Ex ea asparagi qui pri-  
ma germinatione excunt: decocti in cibo alium & vrinam cident.  
Folia. fructus. radix. acrem vim sortiuntur. itaq; ulcerum phage-  
denis. gangrenis. chironiis. putrentiam tibiarum tedio efficaci-  
ter ex sale illinuntur. Radix corpus abstergit: & cutem erugat. vi-  
tia cutis in facie. varosq; lentigines. & cicatrices nigras emendat.  
cum eruo. creta chia. & fœnogreco. Eodem effectu prodest deco-  
cta in oleo usquedum liqueficiat. singillata tollit. reducere commit-  
tit. inflammations discutit illata ex vino. suppurationes ruma-  
pit. medicamento apte immiscetur: quod carnem exest. infraacta  
ossa extrahit trita & imposita. datur comitialis in potu drach-  
mæ pondere cotidie anno toto. pdest artonitis & vertigine labo-  
rantibus consimiliter assumpta. Contra viperarum ictus pota  
drachmis duabus auxiliatur. partus necat. mentem interdum sub-  
turbat. cit vrinam pota. Eclegnia ex ea fit cum niente difficile spi-  
rantibus. strangulatu oppressis. tussientibus. vulsis. ruptis. & late-  
rum doloribus: lisenem ternis obolis pota ex aceto triginta dies  
bus consumit. illinitur ad eadem cum fico. admuliebres in sessus  
decoquitur. siquidem vulvas purgat: sed abortum facit. Succus  
e radice vere exprimitur. qui trahit pituitam cum aqua multa po-  
tus. ad psoras & lepras semen efficaciter illinitur. lactis abundan-  
tiā facit succus eius: si cum tritico decocto sorbeatur.

De vite nigra. Cap. cxlv.

**N**Igra vitis quam aliqui nigrum brioniam vocant. alii chironi-  
on ampeloni. alii bucraniion. romani oblameniam. alii brita-  
num. alii betisalcam. dici priadelam. alii pegrinam. aphri lau-  
then. Folia fert hedere sed malora: similaceis pxima. canles etiam  
cognatos. capreolis suis arbores quasi ad minicula comprehendit.  
fructus racematis coherent: qui inter principia virēt: & post ma-  
turitatem nigrescunt. radix foris nigra intus buxeo colore nitet.  
caules qui primo germinū partu erumpunt: in olera recipiuntur.

q. iii

De medicinali materia.

menses pellunt. vrinas cident. lienam absument. vertiginosis. co-  
mitialibus. neruorum resolutione tetatis plunt. Radix eadē q̄ vitis  
alba p̄stat. sed inefficiens. Folia cū vīno exulceratis iumentorū  
ceruncibus cōmodissime illūnuntur. luxatis itidē imponuntur.

De filice.

Cap. cxvii.

**P**terin grecorum alii pterineon. alii dacidōnon. alii anasphe-  
ron. alii blechnon. alii polyrrhizon vocant. magi hermiba-  
in. romani filicā. alii lacilem. alii filisanariam. & egyptii asini sanguī-  
nem. Folia sine caule. sine fructu. sine flore. ex uno pediculo cubi-  
tali longitudine exeunt multisida & lateribus pinnata. subgrans  
odore. radice per summam cespitum nigra. oblonga. multis capili-  
lamentis fibrata. sub adstringente gustu. Nascitur in mōribus &  
saxosis. Radix lata tineas excutit sumpta drachmis quattuor ex  
aqua mulsa. melius si cum scāmoniē aut veratri nigri totidem  
obolis detur. sed qui sumuntur: alia pr̄gustare debent. laboran-  
tes liens in cremēto recreat. Radix & potu & illitu prodest sis qui  
arundinibus cēsi sunt. Probatur maxime que in arundinetis pro-  
ueniat & locis pulegio scatentibus.

De filice foemina.

Cap. cxviii.

**T**helypteris aliqui nymphēam pterin nominant. romani lin-  
guam ceruinam. solis filicis. surculosis. & que non singulari  
vt illa pediculo fulciantur. radicibus longis. pluribus latis. que ex  
nigro in luteum flauescunt. aliquæ etiānum rubræ inueniuntur.  
Pellunt lata interaneorum animalia cum melle eclegmate sum-  
pto. potē cuī vīno drachmis tribus teretes tineas elicūt. date fo-  
minis sterilitatem faciūt & pr̄gnantibus abortum: si superges-  
ciantur. Farina humidis viceribus & cie trici repugnātibus in  
spargitur. iūmetorum ceruicibus me detur. Folia recentia in ole-  
ribus cocta mādūtūr: vt vētrem emolliant.

De Filicula.

Cap. cxviii.

**P**olypodion aliqui scolopendria. alii pterin. alii polyrrhi-  
zon. latini filiculam vocāt. Nascitur in imusciosis petris. & ve-  
tustis arbōrū caudicib⁹. p̄sertim quercuū. palmi altitudine. filic-  
i similis. subhirsuta nō tenui perīde diuisura. radix p̄slofa. in qua  
sc̄tinentur cirri ceu polyporum. crassitudine digiti minimi. colo-  
ris int̄ herbacei. austera aliquātū & gustu subdulcis. Purgādi vi-  
habet. Coquuntur cū gallina aut piscib⁹. aut beta. aut mālua ad al-

ū soluendā. A ride farīna aque mulse insparsa detrahit biles & pī  
tāta. Trita luxatis efficaciter illinitur & aduerso digitorū fissuras.

De dryopteri.

Cap. cxix.

**D**ryopteris aliqui pterion. alii nymphæ; pterin nominat.  
Nascitur in veterum roborum misco filici similis. multo mi-  
nore foliorum incisura. radicibus inuseem implexis. hirsutis. gu-  
stu acerbis. in dulcedinem vergentib; Psilotrum est cum radici  
bus trita. Illinitur enim primum usq; dum sudorem euocet. mox  
sudor ablutur: & recens imponitur.

De cnico.

Cap. cc.

**C**nicus foliis constat oblongis. asperis. spinosis. caule sesquis-  
pedali. capitulo magnitudine gradiis olivæ. flore croci. semi-  
ne cädido. alioqui ruffo. lōgo. anguloso. Huius flore in obsoniis  
vtuntur. seminis tusi succus adiectis amygdalis. nistro. aneto. &  
melle decocto: cogitur in placentulas que alii emolliant. Hec in  
frusta quatuor finduntur: que in his iuglædis magnitudinem im-  
pleant. E quibus ate coenam duo vel tria sumptissime satis est. Ratio  
temperandi hec est. cnici cädidi sextarius. amygdalorum tostorum  
& delibratorum cyathi tres. anesi sextarius viii. aphronitri dra-  
chma vna. cum carnibus triginta caricularum. Seminis succus lac-  
cogit: & magis ipsum resoluendæ alii facultate donat.

De mercuriali.

Cap. cci

**L**inozostin marē e grecis aliqui parthenion. alii argyron. alii  
aritillin. alii chrysitin. ægyptii. aphlopho. aliqui hermis bota-  
nion. latini mercuriale mascula. alii tessellata. aphri asumes vo-  
cāt. Foliis cōstat ocyini minoribus helix in se cognatis. ramulis du-  
plici geniculorū nodo cīctis. alarum cauis multis. fructu in sceni-  
na copioso. quādam racemorum speciem p̄cebēte. marie foliorū  
ſilu depēdēte. paruo. rotudo. ceu binis testiculis vna coherētib;,  
frutice dodratali aut maiore. Vtrac; in oleribus māditur ad alii  
cīēdam. cōsta in aqua epoto iure bilem a quamq; detrahit. cōstat ut  
mares gignātur: hūc facere. ut foeminae illam: si a purgatiōeban-  
tur: & trita folia genitalibus admoueātur.

De cynocranibe

Cap. cci.

**C**ynia aut cynocrabe. aliquibus linozostis. aphris armas. alii  
aliumella bon dicitur. Cauliculum binum palmorum altitudi-  
ne emitit. mollem. subalbidum. folia mercuriali ant hedere simi-

De medicinali materia.

llacertis interstitali subalbida. semen foliis adheret. patuum. rotundum. Folia cum caulis pota alii cicut. oleribus comedantur. In us decocti & pituitam & bilem aquamq; detrahit.

. De heliotropio magno.

Cap. cciii.

**H**eliotropium magnum & liqui scorpionum vocant. alii heliotropum. alii dialion. alii heliopon. alii scorpiotonum. alii sesamum agrion. alii scorpis vram. Flos ei est effigie scorpionis caudae. vnde scorpionum ei nomen. & quoniam folia cum sole circumagat: heliotropion dicitur: folia ocyti habet. hirsutiora & candiora & maiora. ramuli a radice terni. quaterni. aut sepe quinque exiliunt multis cōcaui. flos in cacumine cādidius aut subfuluu. incurvatur ut scorpionis cauda. radix tenuis est & inutilis. Nascitur in asperis. Decocta ex aqua fasciculo manus plenē pituitā bilēq; per alium extrahit. contra scorpionū istus & potu & illitu prodest. Ad alligatur ut conceptum adiuuet. Asunt per horam vnam ante accessiones semini grana quattuor quartanas finire. tria vero terianas. Illitum semen formicātes verrucas pensilesq; & thymi fermentum representantes. & epynictidas exiccat. Folia in faintiū destillationibus quas syriaceis vocant podagrī. luxatisq; utilissime illūnuntur. menses cident. partus trita & impositi pellunt.

De heliotropio paruo.

Cap. cciiii.

**H**eliotropion paruum quod & aliqui scorpionum vocant. nascitur in palustribus iuxta lacus foliis antedicto proximis. rotundis. semine acrochordonum verrucarū modo pensili rotundo. Herba cum suo semine pota adiecto nitro. hyssopo. nasturtio & aqua lata tinea teretesq; excutit. pensiles verrucas que acrochordones vocantur cum sale illita tollit.

De scorpioide.

Cap. ccv.

**S**corpoides herbula est foliis exiguis. semine caude scorpinis effigie. Illita scorpionū istib; p̄sentaneo est auxilio.

Pedacii dioscoridis Anazarbei de medicinali materia libri quarti. Ioanne Ruellio Suescionensi interprete.

FINIS.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBEI  
de materia medicinali Liber quintus. Ioanne ru-  
ellio suectionensi interprete.



VPERIORIBVS quattuor libris amicissime  
ari tradidimus de aromatibus. oleis. vnguētis.  
arboribus. & earumdem lachrymis ac fructibus  
item animalibus. melle. lacte. adipe. frumentis.  
oleribus. necnon de omni radicum. herbarum.  
succorum. seminumq; ratione. In hoc autem  
totius operis quinto differemus de vinis & me-  
tallicis. & a vite nostram commētationem auspiciabimur

De vinifera vite. Cap.i.

**E**olia vitini & tristi capreoli capitidis dolores illitū mitigant: &  
inflammationem stoniachi ardorēq; cū polenta. Folia etiam p-  
se ut quē refrigerēt & adstringāt: imponi solent. potus eorū sucus  
dysentericis. sanguinē excreantibus. stomachicis. & granidas-  
rum malacie medetur. Eadem efficiūt inadefacti in aqua capreo-  
li & poti. lachryma vitii quē veluti gummi in cradicibus co-  
crescit: ex vino pota calculos pellit. illita lichenas & psoras leprafq;  
nitro prius perfrictas sanat. Eadem cū oleo sepius pilis illitis p-  
lotri effectum habet: maximeq; sanies quā accēsa farmenta vitii  
exudarunt. quia & peruncte verrucarū formicationes extrahū-  
tur. cīnis farmentorū & vīnaceorum erumpentib; in sede con-  
dylomatis & thymiis illitus ex aceto medetur. prodest inxatis &  
viperarum morsib;. contra lienis inflammationem illinitur cū  
rosaceo & ruta & aceto.

De sylvestrī vite. Cap.ii.

**I**llestris vītis duorum generū est. alterius vīta nō matur-  
escit: sed flore tenuis cenanthen nominatam perducit. alte-  
ra ad frangem peruenit. paruis acinīs. nigra. & adstrigēs. folia. cau-  
les & claniculē quibus repūt: vim habēt culte vīti similem.

De vua. Cap.iii.

**T**uiores quae decerptæ diu pependere: ideo q; in eis copia hu-  
moris exiccatur. vilesq; fiunt stomacho ægrisq; atq; cibi au-  
ditatem excitant. vinacēs aut vīnario vase seruatæ: ori & stomas

De medicinali materia.

cho grātē sunt.alium sīstunt: sed vesicam & caput tentant.& san-  
guinem excreanti bus conueniunt. similesq; que in musto fiere.  
Sapa aut musto conditē stomachum magis infestant. At que so-  
lem prius passa in aqua cœlesti conduntur: minus vinose sunt.  
Siticulosis. ardentibns & longis febribns salubres. Reconditi vīna  
cei inflammati māmīs. turgentibns ac preduris cū sale illūntur.  
Decoctura eorum dysentericos. cæliacos. & foeminas fluctiōe vul-  
ue laborantes iūuat infusa. ad desessiones ac fotus assumitur.  
Nuclei acinorm adstringendi vim obtinet. stomacho vtile sūnt.  
Inspargitur farīna tostorum polente modo dysentericis & cælia-  
cis & solutis stomacho.

De vna passa. Cap. iii.

**V**a passa alba adstringentior est. Prodest esitata caro earum  
tessi. renibus. ac vesicæ. estur in dysenteria per se cum nucle-  
is. & decocta in patinis cum melle admista milii ac hordei farina  
& ono valet ad purgandum caput. eiusdem gratia cum pipere co-  
manducatur. testium inflammationes sedat illita cum lometo fa-  
batum aut cum lini farini. fauos. epyniftidas. carbunculos. enatas  
in articulis putredines. & gangrenas sine nucleis trita & cum ru-  
ta imposta sanat. podagre conuenienter cum oponace illūntur.  
mobiles vngues illita extrahit.

De cenanthe. Cap.v.

**C**enanthe vocatur vītis sylvestris fructus: cum floret. recondi-  
ta debet fistilli non pīcato: collectaq; substrato linteo in umbra  
siccatur. Laudatissima in syria & cilicia & phœnīce. Vis ei adstric-  
tia: quare pota stomacho ac ciude vrīne vītis. alium sīstit ac sang-  
uinis excretiones. contra fistidia & acorem stomachi sicca & illita  
efficax est. capit is dolorib; tam viridis q; sicca ex aceto & rosaceo  
perfundit. sanguinolenta vulnera cataplasmate. & incipientes  
æglopas. cicatrices in ore. & genitalium nomas trita cum melle  
croco myrrha & rosaceo ab inflammatione vindicat. pessis mis-  
cetur ad fistendum sanguinem. contra oculorum delachryma-  
tionem & stomachi ardorem cum polline polenta & vīno illūntur.  
Crematæ carbonibus cīnis facit ad oculorum medicamen-  
ta. rediuas. paronychia. abscedentes gingivias. cruentasq; cum  
melle sanat.

De omphacio. Cap.vi.

128

**O**mphacion succus est acerbe vix nondū natiuersentis et thalia vite aut amixa. oportet autem ante canis ortum expressam meliginem in cyprio vase linteo cooperto insolare; vsq; diu cogatur. semperq; quod ceruici vasis concretum hæsit: reliquo humoris permiscere. noctu subdialibus locis auferre. quandoquidem nocturni rores ipsum concrescere non sinunt. eligendū est flauum. friabile. vehementer adstringens & linguā mordens. sunt qui coquendo meliginem cogant. prodest contra tonsillas. viuā. vlcera oris. humida gingivārū vitia. purulentas aureis cuī mel le aut passo. Item ad fistulas. vetera vlcera. nomasq; ex aceto. dysentericis & mulieribus fluctuē laborantibus clystere infunditur. oculorum claritati & scabrie & erosionibus angulorū conuenit. Bibitur ad recentem sanguinis excretionem: etiam si rupta parte aliqua contingat: sed paucō & aquatiore est vtendū. valde siquidem exurit. idem adstringit. prodest stomacho: qui cibā tenax non est: aut tardius cibum concoquit. item iis qui ile dolore conficitur. conuenit in grauidarum malacia. Sorptum auxiliari constat: cum populatim grassatur pestifera lues. huicmodi omphacium non nisi post annos multos bibi potest.

De Vini natura.

Cap. vii.

**T**ino vetere nerui lœduntur. & reliqui sensus: gustu quod suis est. quare cauendum iis qui in ternā alicuis partis imbecillitatem sentiunt. attamen in secunda valetudine paucū aqua dilutū innoxie sumitur. Nouum inflat. ægre coquitur. insomnia parit & vrinam ciet. ætate medium vtrāq; vitia fugit. quare ad ultimū sanorum ægrotumq; usurpatur. Albū tenue stomacho utile est: ac facile in membra distribuitur. Nigrum vero crassum est: & cōcostu difficile. caruē alit: & ebrietatem creat. Giluum vt potest quod mediū est: medias inter vtrūq; vires habet. in secunda tamē & sinistra valetudine: cum primis laudatur albū. Qui & vina' qualitate distant. Siquidem dulce crassis partibus constat: & difficiliꝝ a corpore discutitur. stomachum inflat. aluum & interanea vt musculum turbat: sed minus inebriat. reñibus & vesicæ aptissimum. Austerū per vrinam celerius transit: sed capita dolore tetat: & tenuis lentiam gignit. Acerbū ad ciborum per membra digestionē accōmodatisimum. Alū & ceteras fluxiones cohabet. Nouum nervos minus tentat. Vinum aqua marina factum stomacho aduers-

## De medicinali materia.

satur. sitim stimulat. neruos infestat. alio aptum. a valetudine se  
recolligentibus inutile. Passum quodvis sole siccatis in area aut  
in faremento adustis exprimitur. creticum cognomine aut pram-  
nion aut protopon & lapa quæ sit musto igni decocto: græce syri-  
ca aut hepsenia appellant: quodq; melas dicitur aut melampsyl-  
umi: crassa sunt: & corpora multum alunt. Caudicum tenuius: &  
medium medias sortitur vires. omnia tamen adstringunt & pul-  
sus reuocant. faciunt aduersus venena. quæ exulcerando necant  
ex oleo pota: & vonitionibus redditæ. contra cicatas necoris.  
venenum. toxica & concretam lac. item contra renum ac vesicæ  
pruritus. rosiones. exulcerationesq;. inflant taniæ & stomacho ad  
uerfantur. Primitum prodest melapsinthium: si venter rheuma-  
tisnum sentiat. Album magis ceteris enollit aluum. gypso con-  
ditum neruis officit. caput aggrauat & incendit: ac vesicæ adver-  
satur. contra venena ceteris aptius. Picata aut resinata excalfaci-  
unt. concoquunt. sanguinem excreantibus inimica. Quæ vero  
parachyta vocant: adnuistam sapam recipiunt. caput implet. te-  
mulentiam giguant. ægrius a corpore discintiuntur. stomachum  
male habent. Inter italica vina salernuz principem locum obtinet:  
quod inueteratum perq; facile coquitur. languidos pulsus exusci-  
tat. aluum adstringit. stomacho utile: sed vesicæ nocet. atq; iis qui  
visus hebetudinem sentiunt: & ad potus cerebros minime idone-  
um. Albana crassioribus constant partibus. dulcia stomachum in-  
flant. ventrem enollunt. sed concoctionem non æque adiuuat:  
& neruosa minus infestat vetustate eadem austерum saporem co-  
cipiunt. Cecubum dulce est & albano crassiss. corpus & colorez  
alit: ægre tamen coquitur. Surrentinum sati austерum est. qua-  
re intestinorum & stomachi fluctiones cohabet. & cum tenue sit:  
caput minus tētat. inueteratum suauius redditur: & stomacho uti-  
le. Adrianum & mamertianum in sicilia æque crassis partibus gi-  
gnuntur. modice adstringunt: & ocyssime inueterantur: minusq;  
ob suam tenuitatem neruostentat. Paretypianum & quod ex a-  
dratico sinu desertur: odoratum ac leuius est. quare nultus epo-  
tus fallit. diu seruat ebrietatem: & soporem adfert. Istricum pare-  
typiano simile est: sed virinam vehementius pellit. chium tamen  
antedictis mollius & aptum potui est. bene alit & minus inebriat.  
Auctiones cohabet. oculorum medicamentis utile. Lesbium faci-

le membra subit: chio lenius & alio idoneum. Ephesium eandem  
vim habet. Empygele & etinolo asice mesogites nomine: capitis  
dolores cierit: & neruos ledit. Coum vero & clazomenium quoniam  
multam sibi maris aquam vendicant: facile corruptuntur.  
flatus mouent. altuum turbant. neruis officunt. Vinus omue: vt  
reliqua in communie dicantur: merum ac syncerum & sua nativa  
austerum excalfacit. facile in membra distribuitur. stomachus  
adiuuat. appetentiam ciborum iniuitat. vires alit. ac robur auget.  
Somnum conciliat. & commendat colorem. potum liberalius au-  
xilio est. contra assumptam cicutam. coriandum. pharicum. ixia-  
m. meconium. argenti spumam. taxum. aconita. fungosve. con-  
tra serpentium morsus. & omnium ictusque refrigerando necat.  
aut stomachum in vomitiones effundunt. facit ad longas infla-  
tiones. rosionesque precordiorum. ac distentiones & stomachi  
singultum: & si venter ant interanea rheumatismum sentiant.  
conueniunt sudatoribus. & quibus corpus immodico sudore dis-  
geritur. diaphorumenos vocant. maxime alba. vetera. & odora-  
ta. Quae tamen vetustate dulcescunt. renibus ac vesice accom-  
modationia redduntur. ulceribus. inflammationibusque in succida  
lana imponuntur. tetra vlcera & phagedenica & fluctuibus ob-  
noxia commode perfunduntur. Marina austera & alba. ad sano-  
rum vicit usurpantur. siis praestant italica. falernum furentium  
ceccubum. signinum & per multa campaniae. & paratypianum  
ab adriatico sanguine & siculum quod mamertianum appellatur. Ex  
grecis chium. lesbium in phygela & epheso naescens. Crassa ve-  
ro & nigra stomacho negotium exhibent. inflationem pariunt.  
corpus augent. Tenuia tamen & austera stomacho prosunt: & mi-  
nus carnes alunt. Vetera valde tenuia & candida vehementius vri-  
nam ciunt. & dolores capitis mouent. Neruosque largius pota te-  
tant. In media etate ut a septimo anno potui saluberrima sunt.  
modus autem pro etate & tempore anni & consuetudine. & qua-  
litate vini definiatur. Non sitire & modice cibos prolui optimus  
est preceptum. Nocet ebrietas omnis: & maxime assidua. siquidem  
oblesos neruos cotidie relaxat. largiorque pota acutorum morbo-  
rum adfert initia. modice tamē inebriari aliquot die bē maxie post  
aque potus vtile. Namque expurgans sensum excremēta transfert & per-

De medicinali materia.

ex ea corporis spiritamēta discutit: sed aquā post ebrietatem bibere oportet. namq; a cura constantis temulentie quendam auxiliū modum inducit. Omphacites nomine peculiariter fit in lesbo siccata sole acri vua paulo ante maturitatem decerpta triduo aut quatriduo. donec racemis in rugas contrahatur: expressumq; vinum cadis insolatur. Vim adstringendi habet. prodest dissolutis stomacho. & iles dolore laborantibus. Item prægnantium malacīa. & crudis. in pestilentia quoq; sorbitum auxiliari dicitur. Huiusmodi vīna non nisi post multos annos bibi possunt. Lora quā deuteriālis potimon appellant: fieri solet adiectis metretis trib⁹ aquę in vīnacea: quibus triginta vīni metretę extractę fuerint: canticis vīnaceis expressoq; decocto ad tertias si parteis. & additis in singulos congios binis salis sextariis. post hyemen transfunditur in vasa. Lora post annum vtendū. etenim celeriter exolescit. cōuenit regis quibus timemus noxam vīni coacti sēpe desideriis eorum obtemperare: item a longa valetudine se recolligentibus. Fit & vīnum quod adynamon vocant lōrē vītes habens: hoc modo pares aquę & musti mensurę coquuntur molli igne: donec absumatur aqua. quod ubi refrixerit elutriatum: plato vase reconditur. alii marini & celestis aquę. mellis. & musti pares miscet portiones: & quadraginta diebus insolant. quo post annum vtūtūr. Vīnum e sylvestri vīa nigrum adstringit. prodest a līm & stomachi fluctionib⁹ & ceteris quibus constrictio & contractiō op̄ ē.

De melitide vīno. Cap. viii.

**M**elitides datur in longis febribus: quae stomachum infirmans ruit. namq; alium emollit. vīnam cīet. stomachum expurgat. prodest articulatio morbo. renibus. imbecille capiti. & mulieribus abstemiis. odoratum liquide est: & corpus alit. Distata a mulso: quod sit e vīno vetere. austero. & melle exiguo. Melitides autem adiecto ad quinq; congios austeri musti mellis conglio & salis cyatho. cortinis magnis: quo magis ad effervescentum locus pateat. fieri oportet. sensim asperso sale. cuncq; effernere desierit: in alia vase transfunditur.

De mulso. Cap. ix.

**M**ulsum e vetere vīno austeroq; & bono melle factum præferatur. minus enim inflat: ac celeriter id genus vigorem adipisci tur. vetus corpus alit. media etate alio prodest. vīnam pellit. ab

ultimo cibo sumptum nocet. & inter initia potis implet. deinde appetendi auiditatem reuocat. Fit mulsum duab*v*ini metretis amissa una mellis. aliqui quo celerius preberi possit: mel cum vino coquunt: & ita transfundunt. Alii utilitatis gratia. ad sextarios sex miseri feruentis vnum mellis adiiciunt: & ubi feruerit vase recosunt. dulce autem permanet.

De aqua nulla. Cap. x.

**H**Qua multa easdem quas mulsum vires possidet. Decosta utrū mur: cum molliri defectionem: aut vomitionem incitare voluntus: vtilis qui venena hanseūt ex oleo. Decosta datur imbecillis: & hoībus elanguiscentis pulsis: quos illi dixere microsphylos. tussicentib*s*. peripneumonicis: & iis qui immodeco sudore digeruntur. Nam paratum repositumq*z*. quod aliqui hydromeli pro prievocant: media etate adiutamo vino aut lora correspondet: & similem vim adipiscitur. quare inflammationibus alicuius membris plus q*z* lora pdest. Inmetterati tamen usus dainatur. inflammas. ant cōstrictis. sed laboranti stomacho aut cibum fastidenti suadatoribusve connenit. Fit duabus pluriq*z* aqua veteris ad unā melis ptem additis. & insolatis. alii fontanam aquā adiscunt: & ad tertias parteis decoquunt & ita recondunt. Nec desunt qui hydromeli appellant. q*z* a melle elutis aqua fauis cōfici soleat. sed meracius facere conuenit. aliqui id coquunt. ex rotantibus noxiū est: quoniam plurimam sibi floris cerei partem vendicat.

De aqua. Cap. xi.

**H**Quam in vniuersum: propter locorum proprietates & peculiares naturas: cœlum & pleraq*z* alia difficile est experiri. Magna tamen ex parte optima est dulcis. syncera nulli omnino qualitatis particeps. & q*z* ne minimo quidem tempore in precordiis commoratur. ad hæc q*z* & faciliter fertur. & citra molestiam. si nec inflationes creet nec corruptiō cedat.

De aqua marina. Cap. xii.

**Q**ua maris calida est & acris. stomacho aduersatur. alii enim contrarbat. pituita expellit. si vero calida ad fatus adhibetur. elicit & discutit. nec uorum vitiis & perniciibus ante ulcera pdest. miscetur cataplasmatis ex hordeacea farina. & emplastris. & discutientib*s* malaguinas. ad mouendas defectiones tepefacta infunditur. ad tormina calida. psorias. prurit*s*. impetigi

Liber quintus.

nes & maximas turgentem. souteri utile est. liuores suffitu discutit.  
ad venenatos iectus qui tremorem & refrigerationem adferunt.  
salutaris intelligitur. maxime scorpionum. phalagiorum aspidum  
qz. etiam si quis in calidâ descendat auxiliatur. & malo habitu con-  
fectis ianidii corporibus neruisqz balneis ex ea utiles. hydropis-  
cos. capitâ dolores. aurium grauitates. feruentis vapor leuat.  
Syncera & sine potabilis aquâ mistione reposita: virus deponit.  
Sunt qui etiam precoquunt & ita recondant. datur ad purganza-  
da corpora per se. aut ex posca. aut cum vino aut melle. verum  
post defecctionem dant gallinæ. aut pisceum. iuscula: addomane-  
dam morsus acrimoniam.

De thalassomelite. Cap. xiii.

**Q**uod thalassomeli vocatur: vehemeter purgare constat. tepe-  
ratur autem & quis portionibus maris. mells. & inbris ex al-  
to. defecatis & picato vase p canis aestus insolatis. alii ad binas ma-  
tine cocte singulas mellis adiiciunt & vase coddunt. moderatio aqua  
marina & mitius. De aceto. Cap. xiv.

**H**ec tun refrigerat & adstringit. stomacho utile. appetentiâ ex-  
citat. erumpente vnde cunctis sanguinem. potu insessu ve sistit.  
prodest alii fluctionibus coctum cum cibis. cruentis vulneribz in-  
flammationes arcet: in succidis lanis aut spongia impositum. re-  
primit procidentia sedis vulvæqz. item abscedentes gingivas &  
sanguine manantes. ad nomas. & ignem sacrû. ulceræ que serpunt.  
lepras. impetigines. pterygia. cum aliquo cohaerenti efficax est.  
phagedænas ulcerum. momasqz fotu continuo cohabet. poda-  
gricis calido fotu cum sulfure auxiliatur. sugillationes rapit. cum  
melle illitum. contra capitâ ardores cum rosaceo in succidis vel-  
leribus aut spongia imponit. ad aquam intercudem. grauitatē  
aurium & sonitus sibilosqz feruentis vapor proficit. instillatum  
quoqz aurium vermes necat. panos coercet tepidifotus. aut si im-  
buta aceto spongia admoueatur: pruritus permulcat. contra vene-  
natos mortus: qui refrigerando nocent: calidum coimode soue-  
tur. & frigidum sis quæ exirent virus ejaculantur. calidum potum  
atqz vomitionibus redditum aduersus omnia venena efficax est. pa-  
sertim contra meconium & haustâ cicutam. conglobatum in vêtre  
sanguinæ. lac coagulatum. fungos. ixiam. taxumqz cum sale. hau-  
stu voratas hirudines si sorbeatur elicit. tussim veterem mitigat.

De medicinali materia.

& recentem lacescit. in orthopnoea calidum commode sorbetur.  
gutturis fluctiones gargarizatum inhibet. anginis & iacenti vuç  
conuenit. contra dentium dolorem calidum colluitur.

De aceto mulso. Cap. xv.

**A**cetum mulsum quod oxyinel vocant: hoc modo tempera-  
tur. aceti heminas quinq;. salis marini pondo. niellis minas  
decem. a qua sextarios quinq; pariter coquito decies effervescent  
te cortina. atq; ubi refixerit diffundito. Sumpnum crassissimum  
res extrahere & ischiadicis. comitalibus. & articulorum morbo  
conflictatis prodeesse creditur. contra morsum eius viperæ: quam  
fepa vocant: haustuum meconium. ixiamve. anxiolo est. anginis ut  
liter gargarizatur. De acida miria. Cap. xvi.

**A**cida miria quam græci oxalmen vocant. contra nomias fo-  
tu. putrida vlcera. canum morsus. & venenatos ictus auxilia-  
tur. sanguinis fluctiones post excisos calculos sistit: si statim calis-  
da in vulnus insiciatur. proceduam sedem reprimit. dysentericis  
si nomas sentiant insunditur. oportet autem eā ex lacte instillare.  
hirudines sorbitione aut gargarizatu necat. furfures & manan-  
tia capitis vlcera exterget.

De thymoxaline. Cap. xvii.

**T**hymoxaline veteres vtebantur. dabantq; laboratibus imbe-  
cillitate stomachi ternos quaternosve cyathos aqua calida di-  
lutos in articularibus morbis. & inflationibus. crassos humores  
atrosq; trahit. hoc modo facilitatur. thymi triti acetabulū. salis idē  
modus. rute. pulegii. polente. singulorū exigne portiones in vas  
consciuntur. a que terni sextarii & aceti terni cyathi insunduntur  
& circumposito linteo sub dio madescunt.

De scyllino aceto. Cap. xviii.

**S**cyllinum acetum hoc modo fit. scylla que candida fuerit ex-  
purgata conciditur. traiectaq; lino segmēta modicis interual-  
lis ne se contingent: siccantur in umbra quadraginta diebus. mina  
corum in aceti boni sextarios duodecim in mergitur. & vase dili-  
genter operto septenis diebus in sole riadescit. post eum numerū  
dierum scylla eximitur: & expressa subiicitur. defecatū acetū trās  
fūditur: & reponitur. Aliq scyllæ minā qnq; aceti sextariis miscet.  
allī citra exiccationē repugnātes parē mēsurā adisciūt: & senis nīc  
sibus mācerari patiūt. Id multo magis humor lēticias digent.

De medicinali materia.

Gigittas humore prægnates collutione stringit. & mertos dentes firmat. putredines oris & graues halitus tollit. durat fauces: & callosas facit. vocē expedit: & lipidam cauoremq; reddit. datur stomachicis. ægre cibum concoquētibus. melancholicis. comitiales bus. vertiginosis. mente captis. item vuluarum strangulationib?: lienis incremento laborātibus. ischiadicisq; imbecillos admodū recreat. corpus sanum reddit: & bonum colorem prestat. oculorum aciem exacuit. tarditatem quoq; auriū infusione purgat. In summa ad omnia efficax. celiendū tamen intestinis exulcerationibus in capitib; dolore aut neuorum vitis. Datur cotidie ieiunis forbendum. inter initia exiguum paulatim ad augendo ad cyathū usq;. Nonnulli binos dant cyathos aut largius.

De vino scyllino.

Cap. xix.

**S**Cyllinum vinum fit hoc modo. dissectam ut dictū est scyllam & sole siccata cōtundito. minā eius tenui crībro incernito. & līteo illigatā in vicenos sextarios musti recētis ac boni demerrito. vbi trimētri spacio maduerit: elutriatū vinū obstructo diligenter yafe recōditio. licet quoq; sic humida scyllavit. in orbiculos rapi modo dissectā duplicato pōdere: quadraginta diebus insolari oportet. & inueterascere. Alia parandi ratio. scyllæ dissectæ & repurgatae tres minas in italicā metretā musti demittito: & senos mēses in vase obstricto macerari finito. post id tempus excolatū vinū recōditio. Utile est contra cruditates & ciborū corruptiōes. item iis qui renomunt cibum: & si pītuta inventre aut stomacho coierit. prodest lienosiss. male habitis corporib;. aquę inter cutē. regio morbo. difficili vrine. torminosis inflationibus. resolutiōni neuorum. rigoribus longis. vertiginosis. & vallis. menses pellit. minime neuos infestat. hoc vinum vetustate fit melius. Cauendus in febre v̄sus: aut si interanea vlcis sentiant.

De vīnis marinis.

Cap. xx.

**M**arinā varie facitantur. alii enim statim quū decerpitē sunt vuē: a quā maris ammīscēt. alii in area vuas sole siccant: quibus calcatis marinā adiūcunt. alii passas prīnsvuas i dolis marina aqua macerāt: mox calcatas exprimūt. Id magis passi generibus adscribitur. Quę tamen austeriōre gustu temperātur: cōtra febrium aduentantium īdicia valent: si modo meliora non adsint. aut subducunt. Prosunt purulenta extussitibus: aut si dura altius

## Liber quintus.

exerceat. quæ ex ammineis vīnis sunt: caput tentat. stomacho ad uersantur. flatus creant. verum quo plenior habetur historia sis qui huius studio tenerentur: non inutile existima nūs varias vi- norum compositiones adferre. non & frequēs eorum aut necessa- riū existat vīsus: sed ne quid omisissē videremur: quod ad eorum rationem attinet. sunt autem quedā ex iis facticia minoris curae ac impendit: quæ cadunt in vīsus: vīti quæ ex cotoneis malis. pyris. sili quis. item myrti baccis componuntur.

## De vino cydonite. Cap. xxii.

**Q**ydonites nomine alio melites appellatur: & ita fieri consue- uit. mala cotonea exemptis seminib⁹ frustatim rapi modo scinduntur: & duodecim minarum pondo in musū metretani trī ginta diebus demer gütur. postea defecatū vīnum reponitur. alia faciēdī ratio. opōret ad singulos mellis sextarios denos succi co- toneorum tulorum pressorumq; adiūcere: & ita recondere. vīmis hoc adstringit. prodest stomacho. dysenteriæ. hepaticis. renū vī- tis. & vīnīx difficultati.

## De melomelite. Cap. xxii.

**M**elomeli quod & cydonomeli nominant: sic fit. cotonea mala seminib⁹ suis castrata. in q̄plurimum mellis & demergi possint: coniūctur. id post annū mitescit mulso nō dissimile. præ stat eadem quæ superior compositio.

## De hydromelo. Cap. xxiii.

**F**it hydromelon duab⁹ mēsuris a que coste. & sub canicule si- clus in solatē additis ad vīnā melomelitis facti ex cotoneis. vīs huius eadē est. De oīphacomelite. Cap. xxiiii.

**O**mphacomelitis faciēdī ratio hec est. acerb⁹ vīc immaturæ & trib⁹ dieb⁹ insolatē exprimuntur: & ad ternas succi partēs mellis optimi despumati singulē partes adisciuntur: & in solatū in vasa transfunditur. vim adstringendi ac refrigerandi habet. Stoma chīcīs coelacisq; conuenit. vīsus post annum est.

## Ce vīno apīste. Cap. xxv.

**E**it & e. pīris perinde atq; cotoneis vīnū. apīstes noīe. sed ita vt Epīra non magnopere māturescant. ex siliquis etiā. mespīlis. sorbis simili modo temperatur. oīa hec genera acerba sunt. & ad- stringūt. atq; intestinas fluctūnes cohībent.

## De oīanthīno. Cap. xxvi

De medicinali materia.

**E** It e la brusca.hoc est vite sylvestri.quod vocatur oenanthinū.  
sicci flores minis duab⁹ musti metreta macerati post triginta  
dies mutatur.mox colatum vinū reconditur.facit aduersus sto-  
machi imbecillitatem.cibi fastidia.coeliacos & dysentericos.

De vino rhoite. Ca. xxvii.

**E** It e punicis malis maturis quod rhoitē nominant.succo ex  
presso ab acinis eorū quibus lignosus nucleus abest.apyrina  
vocant.aut decocto ad tertias.& ita reposito.efficax est cōtra flu-  
ctiones internas:& febrim cū alui pfluvio exortam.stomachovit  
le adstringit aluum & vrinam mouet.

De vino rhodite. Cap. xxviii.

**R** Hodites sic fit.rosarū siccarii tusarūq; minā linteolo deligata  
tūn sextarios octo musti demergito:& post tres menses defeca-  
tum vinū transfundens recondito.Vtile iis qui febri carent.& ad  
stomachi coctiōes & dolores in fine potū & cōtra humidias aliōs  
& dysenterias.Fit quoq; ex succo rosarum addito melle quod rho-  
domeli vocant:quod arterię scabriciis conuenit.

De vino myrtite. Cap. xxix.

**M**yrtites fit baccis nigris post maturitatem tūsis & organo ex  
pressis.Alī qui ad tertias coquunt.alii baccas prius sole torrēt:  
& quaternis sextariis contusarum ternas a que heminas adisciunt  
& vini veteris parē modū.postea exprimunt & seruat.Magnopē  
readstringit:stomacho utile.fluctiōibus vētris ac stomachi p̄dest:  
& cōtra intestinas ulcerationes & pfluvia.denigrat capillos.

De vino myrsinite. Cap. xxx.

**M**yrsinites sic tēperatur.rami nigrē myrti cū suis baccis & foli-  
bus tūsi decē minarū pondo in tribus musti congis feruescūt:  
donec duo supsint:aut certe sesquicongius relinquatur.id vīnum  
colatū ad vīsus reconditur.Cōtra furfures.ulcera in capite manā  
tia.eruptiōes papularum.gingivias.tonsillas.& purulentas aureis  
efficax est.sudores sistit.

De vīno lentiscino & terebinthino. Cap. xxxi.

**L**entiscinū similiter vt myrsinites tēperatur:nec secū terebin-  
thinū.nāq; bacciferi eorū rami sumi de bēt.similes insūt vires.  
Adstringut:stomacho accōmodātur:& defluctiōibus intestinorū.  
vesicę.& stomachi.& sanguinis pfluvio.ulcera oīa fluctiōib⁹ ob-  
noxia fotu ad cicatricem pducunt.fluctiones yulue ac sedis insula-

sione cohíbent.

De vino palmeo. Cap. xxxii.

**P**Almaras maturas quas vocant chydeas in vrceolū iimo per tuſum & obſtructū plicata arundine demittito. lino foramen ſit obturatum: & quadragenis ſextariis ternos aqne cōgios infun dito. Quod ſi ipſum ita dulcèſſe non libeat: quinqꝫ congios in fudiffe ſatis eſt. poſt decem dies detraſto ab arundine lindeo: aſſu mito viñum crassuſ & dulce: & reponito. ſuaue illud quidē: ſed capiti noxiū. Contra fluctiones ppter adſtrictoriā vim efficax. ſto machicis. coeliacis. ſanguinē expuentibus conuenit. Aliquid idem addita aqua iterum capimur. & tertio. quarto. quinto. ſexto veſciunt: quod tandem acore viñiatur.

De vino catorchite. Cap. xxxiii.

**C**Atorchites aliquibus ſyctes vocatur. in cypro fit: ita ut pal meuni: ſed hoc intereft: quoniam pro aqua tantudem humioris adiiciunt: in quo recenter preſſa viñacea maduerint. Caryce q̄ chelidonic aut phoenice appellatur: pſertim nigrę maceratur: ut diximus: & poſt decem dies humor excipitur. atq̄ iterum aut tertio idem modus a que in qua viñacea maduerint: in funditur. ſimi li modo intercedet ſpatio quarto aut quinto aſſumitur. Demace ratarum liquor non ſecus acore contrahit: & acetū vſum p̄bet. Id tenue eſt. flatuſ gignit. ſtomacho aduersatur. faſtidiuſ parit. aluo tamē pdefit. viñā ciet. niſſes trahit. laſtis vbertatē facit. viñiuſ ſanguinem creat. & elephantiasin adfert: vt potio quā zithon appellauiſ. Aliqui ſex amphoris decem ſalis ſextarios adiiciunt. Alii muric amphoram: quod nō facile viñiatur: & aluo idoneū fore cē ſent. Alii thymū & foeniculum imo ſubſiunt: & carycas ſuperpo nunt: & ita viçiſſim: donec vas expleuerint.

De vino ſycomorite. Cap. xxxiiii.

**E**It & eſycomoris eodē modo viñū. ſed in acetum acre degene rat: qm̄ non ita præualet viſ eorum: vt fluētis liquoris dulce dinem retinere poſſit.

De vino resinato. Cap. xxxv.

**B**Eſinatuviñū populatim factitari ſolet. copioſum in galatia: qm̄ viñū illuc coacescat vua non matureſcente. ideoq; refrigerat: niſi picea resina temperetur. resina autem cum cortice tudi tur: & amphorae dimidiata hemina permifcetur. aliquib; efferbuſt: excolant ſeparantes resina. aliis reſtiquunt. Hęc viña vetuſtate r iii

De medicinali materia.

dulcescunt. Omnia capit's dolorem & vertigines faciūt: concoctionē tamen adiuuāt. vīnam cīent. tūscentibus ac destillatiōē ve  
xatis conueniunt. utē coeliacis. dysentericis. mulierum mensibus.  
& hydropicis. & fœminis fluctione vulvæ laborantibus. altis exul  
cerationibus infundit. In hoc autē genere nigricans māgis al  
bo cōstringit. De vīno strobilite. Cap. xxxvi

**s** Trobilites fit maceratis in musto nucib' pineis recentib'  
fractisq;. prēbetq; resinati effectus: si quis madefactas nu  
ces pīni musto decoquat. Potū cōueuit iis qui tabitudine cōficiū  
tur. De vīno cedrino. Cap. xxxvii.

**Q**uedrīnū. iuniperinū. cupressinū. laurinū. pineū. aut abiegnū  
simili ratione fiunt. diuisos recenter ramos cū fructū edūt:  
aut soli. aut balneo. aut igni admouere oportet: vtī desudent: con  
gioq; vīni minam vnam permiscere: & post duos menses trāsfun  
dere: & anteq; recordātur: insolare. Facti orū vīnorū vasa īmple  
ri debēt. nāq; non plenus vasis vīna ī acorem corrūpuntur. Me  
dicata a utem vīna recte valētibus ī salubrīa. oīa excalfaciunt. vī  
nā cīent. & substringunt. laurinū tamē vehementius excalfacit. Fit  
quoq; e fructu cedri maioris vīnum conglo musti: adiecta tūsaru  
baccarum selibra. Diebus quadraginta ī solari debet: & defeca  
tum ī vasa transferri.

De vīno iuniperino. Cap. xxxviii.

**E** It etiā vīnum e baccis iuniperis: nō aliter q; cedrites: & ad ea  
demi valens. De vīno cedrite. Cap. xxxix.

**C**edrites hoc modo fit. cedrīa dulci aqua lauāt: & singulas am  
phoras singulis cyathis diluūt: & ita musto replent. Hoc ge  
nū vīni excalfacit. extenuat. tūssi vtile sine febre. pectoris laterūq;  
doloribus. vētris & interaneorū ulceribus. purulētis excretioni  
bus. mulieribus vulvæ malo opportunis. hydropicisq;. Facit ad  
uersus uentrīs tinea & rigores. cōtra venenatos iūtis auxiliatur.  
serpentes necat. aurium doloribus īstallatum medetur.

De vīno picato. Cap. xl.

**P**icatu ex liquida pīce & musto tēperatur. Pīcē autem primū  
marina aut muria tātis per eluere oportet. dum ī albuērit: &  
syncera maris aqua desluat. mox aqua dulci proluenda. congīs  
octo musti vīcia pīcis vna aut altera adiūcitur. vbi cōfuerit & cō  
filterit: ī vasa diffundit. Hoc genus vīni excalfacit. concoquit.

purgat. abstergit. Utile doloribꝫ pectoris. iocineras. lenis & vul-  
ne si sine febre sint. veteri rheumatismo. exulceratiōibus in altū  
recedentibus. tussi. suspiriis. concoctionibus tardis. inflationibus.  
& luxatis. presertim in succida lanā inpositum.

## De vino absinthite Cap. xlī

**A**b sinthite faciundi ratio euariat. aliqui enim duodequinqua  
ginta sextariis italicarū amphorarum ammistarū absinthii  
Pontici libram decoquunt ad tertias partēs. & ubi infūderint no-  
naginta aceti sextarios & absinthii selibrā: ac diligenter permis-  
cuerint: diffundunt in vas dūqꝫ conquieuerit defēcant. Alii ab  
sinthii minam in amphorā demittunt: tūsamqꝫ & raro lintheo de-  
ligatam in decē congīs musti macerant binis niensibus. Alii ab  
sinthii quadrantem. alli tridentem. & nardi syriace. cinnamoni. ca-  
six. floris iunci odorati. calami. elatę palmarum singulos sextan-  
tes iniiciunt in metretā musti: & tudentes prius pila obstructo  
vasis spiraculo: binis ternis ve niensibus dimittunt. postea defēca-  
tū vinum transfundūt ad usus. Alii addunt in musti cadumi célti  
cæ nardi drachmas quattuordecim: & absinthii drachmas qua-  
draginta lintheo inuolutas: & post quadragesimum diem elutri-  
ant. Alii in viginti sextarios musti absinthii libram: & siccæ pinī  
resinæ sextantem inmittunt: & post decē dies excolant & recon-  
dunt. utile est stomacho. vrinam cit. tardā cōcoctionē accelerat. he-  
paticis. regio morbo. & renū vitis auxiliatur. fastidia discentit. Iis  
prodest quibus stomachus negotiū exhibet. Valet contra longā  
precordiorum distentionē. & inflationes. teretesqꝫ ventris tine-  
as. & renoratos menses. contra hausta ixī venena qꝫ plurimū  
potum & vomitionibus redditum auxiliatur.

## De vino hyssopite. Cap. xlīi

**H**yssopites ecclīcio hyssopi maxie laudatur. Fitqꝫ similiter fo-  
liorū hyssopi tūsorū libra in amphorā musti cōlecta. lito lo-  
rato cū qui būsdā lapillis folia inoluitur: vt degrauatus pōduscu-  
lo fasciculus sidat. vinū post quadragitā dies defēcatū elutriatur.  
Cōtra pectoris laterū & pulmonis vitia. veterē tūsim. & suspiria  
prodest. vrinam cit. tornīnibus & rīgoribus febrīum circuitū re-  
pentibus auxiliatur. menses mouet.

## De vino chamaedryite. Cap. xlīi

**S**imili modo chamaedryites fieri solet. excalsfacit. discutit. Con-

De medicinali materia.

vulsis. regio morbo. vulneris inflatiōdinus. tardē cōcoctiōni. Incipiēti a quē intercūte subuenit. In ueterascens melius redditur.

De vino stoechadite. Cap. xlivii.

**S**toechadites non secus temperatur. Congiis sex stoechadis minimi addere oportet. crassitiē. inflationes. laterū neruorū & cruciatus & perfrictiones discutit. Cominitialbus commode datur cum pyrethro & sagapenio.

De aceto sit chadico. Cap. xlvi.

**E** It ad eadē acetum estoechade herba. vt paulo ante diximus aceto macerato: quod eosdem implet effectus.

De vino cestrite. Cap. xlvi.

**E** It vinū e betonica: quā cestrō psychotrophon appellat. Herbam semine maturo pgnantē cū suis ramulis minē pōdo cōglis duobus musti macerant: & post septimū mensem transfusūt. Ad multa interaneorū vitia vt frutex ipse pollet. Et vt in uniuersuz dicatur: facticia vina sibi mixturū vires adsciscunt. Quare nō difficile fuerit iis qui illarū naturas norit: vīnorū vires cōiectura quadā cōsequi. Verūtamen vinorū usus febricitantibus abdicandus. Fit etiānum e betonica acetū ad eadē vicia vtile.

De tragoriganite vino. Cap. xlvii.

**T**ragoriganites sit quaternis tragorigani drachmis i quater nos musti sextarios coniectis: & post tertium mensem transfusis. Prodest torminibus. vulsis. ruptis. laterū doloribus. spirituum discursationi. egris concoctionibus.

De vino bunite. Cap. xlviii.

**E** Napis fit vinum nomine bunites. drachmis duabus tuis nasi pi in sextarios duos musti additis: & ceteris eodem modo factis. Prodest stomachicis & diūnicatiōe aut lōgo equitatu fatigatis.

De vino dictannite. Cap. xlix.

**D**ictamni drachmas i quattuor macerato quaternis musti sex tariis. Facit aduersus stomachi fastidias. menses & purgamentum a partu subducit.

De vino prasiite. Cap. l.

**M**Arubii adulti folia tundito: & sextarios octo in musti metras tam demītito: & reliqua consimiliter facito. Conuenit hoc vīnum pectoris vitiis & omnibus quibus marrubium.

De vino thymite. Cap. li.

**T**Hymi tuis & cibratis vincias duas lito colligatas in ampho-  
ram musti adiuvito. Valet contra zeras coctiones. fastidia. dy-  
fenteriam. neruorum & pectorum dolores. hibernos hor-  
rores. & venenata animalia: quorum morsuz frigus insequitur:  
aut putreficit locus.

De vino thymbrite. Cap.lil.

- s Imili modo e saturcia vini fit: quod eadem q̄ thymites pre-  
stat. De vino origanite. Cap.livii.
- s Ic quoq; origanites ex heracleotico origano conficitur.  
Facit eadem quę thymites.

De calaminthite & abrotone vniis. Cap.liiii.

**E**Calamintha. pulegio. & abrotone vina fiunt eodem quo thy-  
mites modo. Prostunt stomachicis. cibum fastidiētibus. & re-  
gio morbo: q̄ vrinam moueant.

De vino conyzite Cap.lv.

- f It & ite e conyza vini contra venenata ante alla efficax.  
De vino aromatite. Cap.lvi.

**R**omatites ita fit. palinæ. aspalathi. calanii. nardi gallici. si-  
gulorum quattuor sextarios sumito. post q̄ contrineris mu-  
sto subigit: coactis ingentibus offis & in sextarios duodecim au-  
steri musti deiectis operculato vase quadraginta diebus quiescere  
sumito. deinde ubi facie expurgatum fuerit: recondito. Alia eius ra-  
tio. calani vicia. phu drachmæ septem. gosu drachmæ due. nardi  
syriaci drachmæ sex. castie vicia. croci drachmæ quattuor. amo-  
mi drachmæ quicq; a sari drachmæ quattuor. omnia simul trita &  
linto colligata in cadum musti demergūt. & postq; vinum deser-  
buerit: trassunditur. Facit ad pectoris & laterum & pulmonis do-  
lores. difficili vrine. rigoribus. retardatis mensibus. atq; iis qui p-  
frigora iter faciunt potū conuenit. pituite crassitiem extenuat. co-  
lorem alit. somnum conciliat. dolorem finit. renūm & vesicæ vi-  
ciss auxiliatur. De vino e pipere myrrha & iride. Cap.lvii.

**I**t & vini ad destillationes. cruditates. tussim. inflationes. &  
si humor in stomacho coit. myrrhæ due drachmæ. piperis  
cadidi drachma una. iridis drachmæ sex. anisi drachmæ tres. Om-  
nia plenius tusa & linto olo inuoluta in sex vini sextarios coliciuntur.  
vinum post triduum colatur. & in lagena reconditur. Datur  
post deambulationem metaculum cyathi vnius mensura.

De medicinali materia.

De nectarite vino. Cap. lviii.

**E**st quoque nectarites ex helenio herba; quam alii medicā. alii symphyton. aliū idēon phlomon. aliū orestion. aliū nectarion vocant. Radice sicca pondo quinque drachmarum linteolo colligata: & in congiis sex musti addita: & post tres menses effusa. facit ad stomachi & pectoris vitia. vrinam pellit.

De vino e syriaca nardo celtica & malabathro. Ca. lxx.

**E**s Syriaca nardo & celtica in ala bathroque vinū facitatur hac ratione. Singulorum felibram in binos musti congiis mittito. post menses duos colato. datur cyathus unus cum tribus aqua. Hoc vinum efficax est contra vitia renū. hepaticos. regiū morbum. & vrinę difficultatem. pdest stomachicis: atque his quos pallor decolorat. alii bessem aut sextantem aconi. & celticę nardi quadrati in musti amphoram adiiciunt.

De asarite vino. Cap. lx.

**E**ssari quadrantem in senos musti sextarios itidez demittito. Id vīm genitus vrinam ciet. hydropticis. & regio morbo laborantibus. hepaticis. ischia dicisq; conuenit.

De vino e sylvestri nardo. Cap. lxi.

**B**adicis sylvestris nardi recētis & tritæ cribateq; bessem in cōgū musti coniūcito. duos menses quiescere finito. Utile ē hepaticis. difficili vrine. inflationibus stomachicis.

De daucite vino. Cap. lxii.

**B**adicis dauci contusæ drachmas sex in musti amphoram imponito: & similiter transfundito. Facit ad dolores thoracis. per cordiorum & vulnū. menses pellit. ructus ciet & vrinam. prodest tussi. ruptis. vulsisq;

De saluiato vino. Cap. lxiii.

**S**alviæ vinciam in musti amphorā: quod idē cū ceramio est: mitito. Valet contra renū. vesicæ. & laternū dolores. refectiones sanguinis. tussim. rupta. vulsa. & suppressos menses.

De panacite vino. Cap. lxiv.

**D**anacis vinciam in musti congiū mittito: & trāfūndito. Prodest ruptis. vulsis. fractis. orthopnoeq;. lienis crassitiē extenuat. contra torturam. coxendicum dolores efficax est. tardas concoctiones accelerat. menses & partus extrahit. aqua inter cutem. & serpentium istibns auxiliatur.

## De ac orite vino.

Cap.lxv.

**V**ina ex a coro & dulci radice cōsimili modo sūt. Oportet enī singulorū vncias in senos cōgios inittere. trib⁹ mēsibus macerare. mox in vas trāsserre. Faciat ad pectus & latera & vrinam monent.

De selenite vino.

Cap.lxvi.

**S** Emissis apii recētis maturi & cribrati drachmæ nouen in musti amphoram demittantur. Appetitum excitat. stoma chicis & difficili vrinæ auxiliatur. oris halitum commendat.

De marathrite &amp; anethino vino.

Ca.lxvii.

**X** foeniculo. anetho. & petroselino vina eodem modo sūnt: & ad eadē efficacia. De vino e flore salis. Ca.lxviii:

**E** It & e flore salis vīnum multo ad purgandū efficacius: q̄ vi num aqua marina temperatū. fauces. vesicā. renes. & stomā chum infestat quare neq; in secūda neḡ aduersa valetudine prodest. Fit etiam vīnū quod phthorion vocant: quoniam partus necat: & abortus facit. Veratro aut scāmonia aut sylvestri cucume re iuxta radices vītiū fato. siquidē vites sibi illorū vīres adiscunt. id vīnū partus enecat. Datūr ieiunis mulierib⁹ quē ante vomuerunt cyathorum octo mensura dilutum.

De vino e thymelea.

Ca.lxix.

**R** Amorum thymelex cum suis foliis & fructu triginta drachmas mittito in congios tres musii: & leni igni coquito: donec congis duo supersint: defæcatumq; recondito. Aquosa purgat excrementa: & licem absumit.

De vino e chamælea.

Ca.lxx.

**C** Hamælea dum floret: cum foliis tusa & cribrata decem drachmarum pondere in musti congium additur. post duos mēses vīnum in vas transseritur. Aquæ intercutem. hepaticis. & lassitudinē cōfractis efficax est. itē mulierib⁹ q̄ a partu ēgre purgātur.

De vino chamæptyino.

Cap.lxxi.

**C** Hamæptyinum simili modo sit. ad eadem conueniens. Vt nam quoq; ciet.

De vino mandragorite

Cap.lxxii.

**M** Ibrum radicis concidito. Segmenta lino trāscito: quod felis bram æquat in musti cōgios decē demittito: ibiq; esse finito ad menses treis. media potio heminæ dimidium. bibitur passo in duplum addito. Ajunt heminam vīni congio mistam potu sopō

De medicinali materia.

adferre.cyathus unus cum sextario vini potus enecat. mediocre  
vīsus eius doloris sensum auferit.fluctiones incrassat.olfactu insil  
latu potuq; idem prestat.

De vino helleborite.

Cap.lxxiii.

**T**N congrū musti aqua marina dilutī drachmas duodeci nigri  
veratri triti in linteo mūdo mittito.Dūq; efferbuerit: in ma  
tinæ aquæ cōglos quattuordecim aut quindecim transfundito. &  
vbi pleniuscule frēgeris: iniicito.post aliquot dies colato & vt  
itor.Dato cyathum vītū ex aqua in potu ad alnū soluendā iis: qui  
ēuomuerūt a cōna.Alia ratio.veratri drachmas vigiti.iuncī odo  
rati yncias duodeci.spicæ syriacæ yncias tridecimi. cibritas & lin  
teo colligatas in septē vīni coi sextarios diebus quadraginta ma  
cerandas īndito. postmodum colato.Dabis in potu sesquihemi  
nias.Aliter decoctæ marinæ aquæ ex pelago petite sextarios dñō  
decim.veratri cādidi libras sex.quadragesimo die q; madefeceris:  
colato & vtitor.Alia ratio.veratri drachmas duodenas & aphro  
nitri quaternas in senis musti sextariis diebus quinis denis mace  
ratio.mox colato & sensistri exacto vtitor.Id vīni genus abortus  
facit:& partus necat.Aut vīnas in sole siccatas īponito in musti  
metretam. īplet autem metreta congios decem.& gypsum ī vi  
num mittito pōdo drachmarum viginti & bidno residere sinito.  
coniicito veratri nigri yncias triginta.iuncī odorati.calami.singu  
lorum. drachmas trigita.baccarum iuniperi sextarios duos & he  
minā myrræ & croci singulorū drachmā. īnuoluēs linteolo die  
bus quadraginta apppendito: postea colato dabīs geminas treis  
aut duas dilitas.Purgata partu abortu foeminas.menses extra  
hit.contra strangulatus vulvæ efficax.

De vino scammonite

Cap.lxxiiii.

**s** Cammonites sic fit.Radicis scammonie per mēsses effosse  
trite & linteo colligate drachmas quicq; in vīni cōgium mit  
tito ad dies triginta.Alnum purgat. bilem & pītūtā extrahit.

De oībus metallicis & primū de cadmia.

Cap.lxxv.

**E**X cadmīc generibus optima est cypria botryitis nomine.  
densa.modice granis.& in levitatem magis declinatis. race  
mosa facie.colore spodii q; facta cinerulēta est.& eruginosa.Proxi  
ma habetur foris cerulea.intus candidior internatis segminibus  
ouychitē lapidi similis:cniusmodi sūt q; e veteribus metallis effo

dicitur. Quædā etiā placodes id est crustosa dicitur: lineis quibus, dā peride quasi zonis cicta: ob quod ēā zonitū appellatur. Alia, ostracitis nominantur. gracilis. & magna ex parte nigra. sed q̄ testa, ceā faciem habet: terrā amplexa est. i probatur candida. Oculorū medicamentis botryitis nomine & onychitis viles. reliquæ adē plastrum & farinas quæ cicatricibus iducendis insparguntur. ad eadē cypris pdest. ex macedonia vero. thracia. & hispania delatæ improbantur. Cadmīæ effectus adstrigere. caua explere. fordes expurgare. exiccare. corporis meatus infuscire. excrescentia in carne coercere. crustas creare. & vlcera q̄ cacoethe vocantur ad cicatricē perduccere. Gignitur cadmia ex ēre in fornaciis candēte: fuligine egesta flatu: & laterib⁹ cameriq̄ fornacis applicata. Prægrandes autem ac ferreæ sunt fornaces; ab officinis appellatæ adestides per summa nullo spiraculo relicto. concameratæ: vt quæ ab ēre factantur sursum corpuscula cohærat: & inibi detineantur. quæ cum spississ incident. in corpus concrassescunt: & modo genusnum eius. modo alterius. modo omnia persiciunt. Extrahitur & cadmia cremato lapide cui pyrite cognomina est. mōti solco supereeminēte. in quo etiā quedā quasi venīc. chalcitis. mytilos. foreos. melathērie. cerulei. chrysocollæ. atrameti sutorii. diphrygīs: inueniuntur nec desunt qui cadmia in lapidū sodinis inueniuntur tradat: falsi quadā lapidū cogitatione. Reperiuntur & apud cumas lapis nullā sui ylm ostēdēs. ii eo deprehēduntur q̄ sunt cadmia leniores: nullūq; alie nū mandētib⁹ sapore exhibet. coniāducatus autē lapis dētes offendit. cadmia utpote cū cedat: esum nō respuit. Alio autē discerni possunt arguni eto: cadmia in farinā detrita: & aceto subacta in sole se cōprimit: quod in la pide nūq; accidit. Item tritus & igni appositus lapis proslit. & fumū igni simile ei aculatur. cadmia vero quieta manet: fuliginēq; luteo colore aut æreo splendētem expulit va-  
rio zonarū discutit. Insuper lapis ignē expertus atq; refrigerat: colorē mutabit: ac leuior multo fiet. sed cadmia nihil curiat: ni si q̄ seā aliquot dieb⁹ cremanerit. Fit & i argēti fornaciis cādidiōr ac min⁹ pōderosa: sed virib⁹ nequaq; cōparanda ætaris. Virtut cadmia superior carbonib⁹ obruta: donec translucida spectetur: & ferrei steroris modo bullet. mox extinguitur vīno amīnaco. sed quæ ad psorarum medicamenta preparatur aceto. Alii hoc modo exustam conterunt in vīno. rūsumq; fistili crudo torrēt:

De medicinali materia.

donec pumicosa videatur. iterūq; tritam ex vīno vīrunt: donec in cinerem redigatur nīhī scabrie retinens. Hac spodii vice vtuntur. lauatur in mortario trita effusa subinde aqua: dū sordidū nīs hilemergat. dein coacta in pastillos reponitur.

De pompholyge. Cap.lxxvi.

**P**ompholyx specie sola non genere a spodio distat. Siquidem spodios nigricat: & plerumq; ponderosior est palcarum pilorumq; plena: quasi cerasum quiddam ac detractum ab ærariatuq; officinarum pauimētis & fornacibusq; videatur. Pompholyx vero pinguis est & candida vscq; adeo leuis: vt in auras euolare possit. Cuius duo fluxerūt genera., vnum ad acris colorem vergens suppingue. alterū magnopere candidū: summariq; leuitatem nam. Candida fit pompholyx: quoties in perficiendo ære fabri prestantiorem facere volentes detritam caduam cumulatiū in sparserit. namq; tenuissima fauilla q; effertur: in pompholyge coit. Cæterum pompholyx non ex æris modo materia & fabrili industria factitatur: sed ex cadmia quoq; ad gignēdam ipsam eximie pflata. Cuius factūdē ratio hec est. In domo binis tectis opera fornax extruitur: iuxta quam in mediocris fenestra versus tabulatum a supernis partibus pateat. domicili paries fornaci proximus tenui forainine ad fornacem vscq; perforetur ad excipiendā follis narem. ostium mediocre habeat p exitu ingressuq; artificis fabricatū. Domuncula altera coniuncta sit; in qua & folles & flastor suo munere fungantur. Deinde carbonib; in camino succēsis assidens artifex cadmiam particulatim fractam inspargit a locis supra fornacis caput extuctis. Idem negotium obit artificis minister: simulq; carbones adiicit: vscq; dum indita cadmiae copia protrsus absumatur. itaq; egesta suffit tenuis pars & leuis materie in summam domum euolat: & parietibus tectisq; adhaerescit. conflatum inde corpus. Inter initia erumpentibus aquarum bullis simile prodit. postea maius incremetum capescens. elaboratis lanis simile redditur. Ponderosius autem in subiecta pedibus loca se recipit. sed hoc fornacibus offunditur: illud dominus pauimēto coheret: quod tenuiore deterius existimādum est: ideo q; multum terre collegerit: & spurcicia in aceruatione referciatur. Sunt qui hoc modo tantum fieri spodium arbitrantur: de qua ante dictum est. optima creditur cypria: que accepto aceto odorem eris.

præstat. colore aliquantum piceo. sapore lutì horrido. & si fraudē  
 non experta flagrati carbone inferuescit: aer cum colorem cōtra-  
 hit. Antedictis autem notis diligenter attendendum est si qui de m  
 a nōnullis adulteratur taurino glutine. ouillo pulmone. aut mari-  
 no. aut crematis grossis. & qui busclam consumilibus quod facile  
 cognitu fuerit. quippe nihil in iis probandis inuenietur eorum:  
 quæ antedicta sunt. Pōpholy gemita lauari oportet ligatam lin-  
 teo mundo modiceq; raram. aut siccām. aut aqua respersam: su-  
 labellum demittito: quod imbre contineat. & huc atq; illuc fas-  
 ciculum deferens: immergo. ita enim limosa pars eius ac dul-  
 cis effluet. & omne crassamentum in linteolo remanebit. postea  
 residere sinens. aquam cum cinerē colis incerto. & nouam in-  
 fundens. agitato. & effundito. mutata tantisper aqua & colata.  
 dum arenosi nihil sidat. demum aquam exprimito. & siccatum ci-  
 nerem recondito. ali quātum maxime fieri potest siccant. & ma-  
 nibus in aqua conterunt. dum mellis crassamentum imitetur.  
 deinde linteo fauibus excepturi vasis obtento. aut laxius illiga-  
 to: colant. & quo facilius transeat: infusa per linteum largiore  
 aqua: cinerem conturbant. mox spumosum quod trajectum est &  
 supernatantem vasi: concha excipiunt. & fictili nouo ad usus recon-  
 dunt. quod vero reredit. & sensim cribratum in aliud vas trāfun-  
 dūt. relicto harenoso quod pessum ferat. rursus lapidosa sidere pa-  
 tiuntur. & in vas aliud excolant. hoc incidentē faciūt: donec cinis-  
 mer & harenē expers inueniatur. Alii paulatim integrā in aqua  
 respergūt. arbitrati harenas lapillosq; suo pōdusculo degrauatos  
 pessum ire. pilos aut & paleas levitate sua su sublimē attollī. Cete-  
 rū cinerē medium separant & in pilā confectū ut cadmiam elnūt.  
 quinetiam lauatur vīno chio marina aqua diluto modis quos su-  
 pradiximus. & ita redditur adstringētlor q̄ aquis elota. Vis pom-  
 pholygis adstringere. refrigerare. expiere. purgare. obstruere. &  
 aliquantū exicare. inter medicamenta numeratur quæ sensim cru-  
 stas obducunt. quod si spodiū torrere libet. diligenter tritā & irri-  
 tam aqua colliges in pastillos. fictiliq; nouo sublectis levibus pru-  
 nis orbiculos cōtinuo versabis: dum assicati fulvescat. Nec igno-  
 randum ex auro. argento. plumbōq; fieri spodium. verum post cy-  
 priam plumbea maxiine commendatur.

De antispodo. Ca. lxxvii.

De medicinali materia.

**Q**uoniam spodos sepe numero desideratur: necesse est ostendere: que simili virtute polleat. vt in spodii locum suffici possint. anti spoda vocant. quoq; modo sumi de beant. folia itaq; in yri ti. cum floribus & baccis immaturis. in fistile crudum coiecta. inditaeq; operculo cotinua foramina habente vruntur fornaciis do nec figlinum pcoquatur. iterum in fistile aliud crudum transferuntur. quod vbi perassatum fuerit. exempta lauantur ad usus. idem quoq; fit e termite sylvestris ollue: si habeatur. sin secus: satiuē cū suis floribus aut malis cotoneis disseccatis & detractis ossib; aut gal lis aut laceratis linteolis: itē ex moris inimiculis id est candidis in sole prius arefactis. aut terebintho. aut leonis. oenanthe. aut molibus rubi foliis. vele buxi coma. vel pseudocypero cu; flore. Alii siccis in sole antea siccatas eodem modo parant. Alii taurinum glutē. Alsi succidas lanas asperas pice aut melle irrigatas. que omnia in spodiis vicem usurpantur.

De aere vsto. Cap. lxxviii.

**H**ec vstum pbatur rubrum: quod cōtritū colore cinnabarim imitetur. nigrū vero plusq; deceat: exustū est. Fit autē clavis solutariū naūlum fistili crudo cōpositis subsperso sulphure cū sale partibus vicissim insparsis. fistile circulito singulari creta spiramēto fornaciis inditur: donec figlinum pcoquatur. Quidam p sulphure & sale alumen insparguit. alsi sine sulphure ac sale fistili aliquot dies vrunt. alsi sulphure solo vtuntur: fuliginē tamē excutunt. alsi oblitos scissili alumine clavos cū sulphure & aceto fistili crudo cremant. alsi in ænea olla aceio respersos vrunt: & iterum aut tertio idē efficiunt: postea recōdunt. Principe locum tenet in memphide combustū: pximum in cypro. Adstringit. exiccat. reprimit. extenuat. attrahit. ulcera purgat: & ad cicatricē pducit. via oculorum emendat. exrementia in carne consumit. nomas prohibet. vomitus ciet. cum hydromelīte potum. aut cum melle delinctum illitumve. Lauatur vt cadmia mutata quater in die aqua: donec nulla prorsus frides emergat. æris recrementum stercurus: quani scoriam vocant; eodem modo huatur & camdes vim sed imbecillorem habet.

De flore æris. Cap. lxxix.

**E**los æris quem nōnulli clauorum veterum pseigma quasi ramentū nominarūt. Optimus est friabilis. in attritu fulnescēs

missi effigie brevis ponderosus modice splendescatq; cōstringēs: qui delimatā xeris scobē non recepit: qua sepe adulteratur: sed id facile dephenditur cum dentiū illisiū: dñi: centur ramenta. Fit autē cū xes formacibus fusum in receptacula delabitur p̄cola fistularū ad ea ptinētiūz. circa eas enim occupati sordes expurgātes aquā clarissimam infundūt refrigerare volētes. itaq; repētino cōcretū ac addensatione expuitur: & scatet antedictus flos. Adstringit: & excrecentia coerct. offusam oculis caliginem emēdat: sed mag nope mordet. quaternum oboloꝝ pondere datus crassum huz morem extrahit. carnosa narium vītia absumit. eruptiōes papulaꝝ cum vīno cohībet. contra diuturnas aurium grauitates trit? in eas p̄ fistulam flatu impellit. quam tonsillaꝝ reprimit farina cius cum melle adniota.

De squammina xeris. Cap. lxxx.

**S**quammina xeris excussa clavis cyprio xere fabricatis crassa q; dem ipsa. Bona est quę helitis nominatur: s; ex malo xere aut candido vītiosa intelligitur. quam vtpote tenuem & inualidam dāminamus maxime approbantes crassam. russam. p̄sertim si ace ti respersu rubigineam contrahat. Vīn habet adstrictoriam. extenuantē. reprimētē. & erodētē. noīmas coerct. vlcera ad cīcātricē p̄ducit. pota ex aqua mulsā aquā trahit. alīqui farina sub actam dant in catapotio. Additūt ad oculorum medicamenta: genera scabriū absumit: & fluctiones exiccat. Lauatur hoc modo. siccæ xeris squamme expurgatae selibra cum nitida aqua in mortario manu diligenter conturbatur: quousq; pessum īerit. abiicietur quod emerlit: & effusa aqua. hæmina cœlestis īmbris adiūciatur: & distenta manu squammina quasi exiccadā sit: vehementer cōfricatur. dumq; lentorem emittere cōperit: aqua sensim ad sex he minas vſq; superinfundit terendo valide. squammina ad latus mortariū colligitur: ibiq; apprimitur. Quo facto: exp̄ssus humor pyxide ex xere rubro facta excipitur. hoc est enim velut flos squamme valens viribus: & ad ocularia medicamenta cum primis effi cax. inutile quod superest. Lauatur: donec nullam prorsus leniti clam excernat: & linteo opertum bīduo conquiescerē sinitur. effusaq; extante aqua ubi siccatum ērit: reconditūt pyxidicula. alī vi cadmiā lauant: & reponunt.

De squammina ex aīle decussa. Cap. lxxxii.

**S**Qam̄ ex acie aut mucronibus decussē quam vocant sto-  
moma: eadem vīs. Lauatur modo simili: & reconditur. sed ad-  
molendam alii deiectionem inefficior est.

De ærugine rasa.

Cap.lxxxii

**E**Erugo rasa sit illis modis. super doliolum aut aliud consimile.  
vas aceti q̄ acerri m̄i cneum vas pr̄sertim concameratū si-  
minus planum versetur: fitq; extersum: nullumq; habeat spirā-  
mentum. Exempto vase quo dolioluz obturaucris: decimo quo  
q; die. insidēs ærugo deraditur. aut æris lamina in cadis super ace-  
tum ita suspenditur: ne attingat: & totidem post dies raditur. aut  
massule æris aut lamīnæ vinaceis iam acescētibus conduntur:  
& similī modo versantur. Quinetiam ex delimitata æris scobe æru-  
ginem facere licet. necnon e laminis: quib; bractee anti conchū  
ſe maleo ducuntur. si quis eas aceto respagat: & ter aut quater  
verset: donec æruginem contrahāt. tradunt æruginem in cypris  
metallis igni lapidibus quibusdam. noui nihil æris habentibus  
quisbus ærugo efflorescit. adduntq; nonnunq; per canicule estus e-  
quodam specu manare. sed hoc exiguum & optimum esse. illud  
speluncis effluens copiosum quidein & boni coloris: sed vitiosū:  
quod lapides multos collegerit. Pluribus autem modis adulter-  
rant. Aliqui pumice. alii marmore. alii atramento futorio. sed de  
prehendemus pumicē. aut inarmor pollice sinistre manus ma-  
defacto: & æruginis portiunculam in alterū atterente. siquidē eaꝝ  
diffundi constat. marmoris autē pumicisq; partes coeūt nō diffi-  
pate: demūq; tractatione crebra & humoris cōplexu dealbescēt.  
quin & dētiū appressu. siquidē syncera cedit leuis sine asperitate.  
atramētū vero futoriū lgne coarguitur. nāq; si fistile aut lamina.  
adulterata ærugine illinatur: & feruenti cinere aut carbonibus in-  
calescat: mutabit colorē. atramentū futoriū rubescit: quod vstuz  
suapte natura talem fortifetur colorem.

De ærugine scolecia.

Cap.lxxxiii.

**E**Æruginis quā vocant scoleciam: duo sunt genera. Quedam  
fossilis est. altera facticia. In mortario cypris æris dimidiā he-  
minam aceti albi acrisq; pistillo cupreo conterito: donec strigme-  
ti crassitudinem iniicitur. Deinde aluminis rotundi. salis fossili.  
translucētis aut marini q; albissimi solidiq; drachinam viam aut  
certe cū nītri pari poudere tērito in sole c̄stuoſissimis diebus sub

## Liber quintus.

canicule: donec colore erugineum & coagimento strigmentosum fiat. ubi autem se in vermiculorum speciem contraxerit: recondito. Efficax & boni coloris redditur: si duas parteis urinæ veteris cùrvna: aceti adieceris: & alia que dicta sunt peregeris. Sunt qui eruginem rasilem: que in apparatu non respondit: gummi misto digerant in formas: & ita vident. quod genus ut virtiosum improbatur. Fit & quedam ærugo ab aurifiscibus: mortario & pistillo cyprii eris cum urina pueri impingebis: qua aurum ferruminat. Antedicta eruginum genera visto æri correspondunt: sed magis effectu valent. Scie dum fossilēm scoleciām præstantissimam esse derasam sequi: postremo loco facticiam. mordacissima tamen est & magis adstringens. Aurifiscum autem ærugo rasæ correspondet. ærugines oes adstringunt. extenuant. excalfaciunt. oculorum cicatrices emendant. lachrymas cident. nomas sistunt. vulnera ab inflammatione tridentur. ulcera ex oleo ceraq; ad cicatricem perducunt. callos & sordida ulcera purgant cum melle costæ. callum fistularū erodunt cum ammoniaco collyrii modo in eas adacte. ad gingivuarum ausest excrecentias & extuberationem utiles. magnopere extenuant genarum crassitudinem cum melle illite. verum post illitionem spongia ex aqua calida locus soueden est. resina terebinthina excepta cum ære & nitro lepras abigunt. Uritur particulatim fracta in fistili patina flagratis pruni supposita: versaturq; donec semper mutet: & colore subcinerescat. postea refrigerata reponitur. Sunt qui cruda olla cam urant: ut dictum est: sed non prossus eundem colorem cremata contrahit.

De rubigine ferri. Cap. lxxxviii.

**R**ubigo ferri restringit. Sistit fæminarum pluvia admota: potius prestat ne concipient. illita ex aceto ignibus sacris. & popularum eruptionibus medetur. per quam utilis ad scabicias genarum. paronychia digitorum. & redunias. condylomatis prodet. gingivias firmat. podagras illita lenit. alopecias replet. Vim aquave in qua candens ferrum sit restinctum i potu coelatis. dysentericis. hienosis. cholera laborantibus. & dissolutis stomacho auxiliatur.

De stercore ferri. Cap. lxxv.

**S**tercus ferri quam scoriam vocat: eadem potest que rubigo: sed inefficacius. aconito ex hydromelite potu opitulatur.

De plumbō. Cap. lxxxvi.

**L**atura plumbi sic fit. in mortarium plumbeum aquam iniciens pistillo plū beo terito: donec nigrescat aqua: & succi modo crassescat: aut coenosa reddatur. in tcolō deinde colato aqua & infundēs: quo facilius quidquid est resolutum: incerni possit. hoc facito: vscq; dum satī habuisse videaris. vbi confederit: priorem aquam effundens nouamq; adiiciens vt cadmiam lauato: donec nulla extet nigricia: postea in pastillos cogens reponito. Quisdam scobem mundi plumbi lima quæ sitam mortario lapideo pistilloq; terunt: aut manibus cum aqua paulatim adiecta fricant: donec nigrescat. mox vbi crassamentum pessum ierit: colligunt in pastillos. nam tritum vehementer ceruse simile redditur. Alii eli matē scobi modicam plumbaginem adiiciunt: affirmantes ita elutum plumbum præstantius esse. Potest refrigerare. adstringere. obstruere. mollire. explorare caua. sistere oculorum fluctiones: & ulcerum excrecentia. sanguinem suppressit. Prodest contra sedis ulcerā. condylomata. & hemorrhoidas ex rosaceo. item ad ea quæ regre cicatricem ducunt. & in totum spodli effectus præbet: nisi q; non obducit crustas. Integrum plumbum affictu marinī scorpionis draconisq; plagiis auxiliatur.

De plumbō vsto. Cap. lxxxvii.

**T**ritur plumbum sic. Sup q; tenuissimas plumbi laminas fistilli nouo inditas sulphur inspargito: additisq; rursus laminis interfecto semp sulphure: vscq; dum vas expuleris: succedito. flagrante aucte plumbō ferrea rude versato: donec plectre redigatur in cinerem: nihilq; non vstum heserit. tum demū obstructis naribus exmito: alioqui halitus plumbi noxius sentitur. Aut elimatā scobem in olla cum sulphure vrito. Alii laminas in fistili crudo: vt dictum est: imponunt fornaci. aut foco: & circumlineantes oculuz dato exili spiramento vrunt. Alii p sulphure cerusam aut hordeum inspargunt. alii integras laminas imponentes acrisigne vtūtū: & rudicula ferrea continue mouent: dum in cinerem soluantur. sed difficilis huiusmodi vsto: & si vehementius vratur: contrahit spumę argenti colore. magis placet nobis prima. Plumbū vstu lauatur vt cadmia: & recodit. eosdem effectus habet: quos plumbū elotum sed multo acriores.

De recremento plumbi. Cap. lxxxviii.

**R**ecrementum plumbi quod scoriam vocant: optimū est den  
sum fractu cōtrumax. cerusām plane rēpresentans. nihil plūbo  
si habēs: qđ ad malū coloře accedit: & vītri splendorē imitatur. Ea  
dennque plumbū existū potest: sed magis adstringit. Lauatur in  
mortariis infusa aqua: & refusa summa aquę pte quæ luteum co-  
lorem duxit: idq; sepius: dū recrementū absimulatur. dein qđ subli-  
dit crassamentum: a qua effusa digeritur in pastillos.

De molibdoide lapide. Ca. lxxxix.

**M**olibdoide lapis a plūbi similitū dīne dīct̄ correspondentē  
recremento vim habet: & eodem modo lanatur.

De stibio. Ca. p. xc.

**S**timniū optimum quod splēdidissimū est. modoq; nitedulage  
semicat. confractu crustosum. nihil terrē aut sordidi habens.  
stibiale. qđ stibi appellarunt: alii platyophthalmon. alii larbasōn.  
alii gynēcion. alii chalcedoniō. Vis eius adstringere. obstruere. re-  
frigerare. excrecentia in carne cohībere. vlcera ad cicatricē pdū  
cere. fōrdes & vlcera oculorū expurgare. fissit & sanguinē e cere  
brī mēbrana pfluentē. Etyt in vñiversis dīcatur: vis vsto plūbo si  
nullis est. Prīuatim ambusta igni in crustas erumpere non patitut  
cum adipe recenti illūni. crustosas exulcerationes ad cicatricem  
pdūcit cū cera & exigua cærula. Torretur adipe circūlitum & cat  
bonib; obrutum: donec carbunculetur adeps. exemptumq; re-  
stinguitur in ulseris lacte: quæ marem peperit: aut veterē vino. Vrī  
tur etiā carbonib; succēsis & flattūn: quoad flagret. si enim pau-  
lo magis concremetur: plumbū fit. Lauatur vt cadmia & res. sunt  
qui vt plumbi recrementum eluant.

De molibdēna seu plumbi bagine. Ca. p. xci.

**M**olibdēna optia est flava argēteę spumę xemula. modice splē-  
dens: cum teritur ruffa. costa cū oleo iocineris colorem tra-  
hit. vītiosa est: quæ aerem aut colorem plumbēz refert. dignitur  
ex auro & argēto. Est etiām quēdam fossilis iuxta sebastiam & co-  
rycum inuenta. quo in genere pbatur quæ lapidosa non sit aut  
recrementosa: sed: intēs & flava. Vim habet spumę argentī autre  
remento plūbi similē. vītatur lauaturq; eodē modo. Mīscetur con-  
uenientissime medicamētis: quæ liparas vocant: atq; emplastris  
minimē mordentib; carnem recreat. & vlcera ad cicatricē p-  
ducit. glutinantib; tamen medicamentis aut abstergentib;

De medicinali materia.

nō cotuienit. De recremēto argenti. Cap. xcii.

**R**ecrementum largēti quod scoriam vocant aut helcysnia aut  
Bencamnia: molibdēne vīz habet. Quiare emplastris que phē  
as appellant: additur ac medicamentis que cicatricem obducūt:  
vt poste cum astringat: extrahatq;

De spuma argenti. Cap. xciii.

**S**puma argenti quedam gignitur ex harena: quam molibdis  
stān vocant in fornacibus confiata: donec perfecte incādescat.  
altera ex argento. Tertia ex plumbo. Probatissima est attica. se-  
cunda hispaniensis. Has sequitur que fit dice archiq id est putolis.  
baills in campania & sicilia. plurima enim hīsc locis e flagrantib-  
us laminis plumbis gignitur. Que flauo colore splēdet: chry-  
sitis appellatur melior ceteris. que in sicilia: argyritis. q ex argen-  
to: calabritis. Vīs autem adstringere. mollire. explorere caua. excre-  
scientia in carne reprimere. ad cicatricez dulcere. refrigerare. & oc-  
cludere. Vritur argenti spuma confractis partibus ad magnitudi-  
nem iuglandium ita accensa follibus. Abstergitur insidens spur-  
cacia: & recondit. Aliqui quater aceto aut vīno restinguentes  
iterum vrunt: & eadem prosequunti reponūt. Lautur vt cadmia:  
Vt argyritidi nominate: aut si desideretur: alteri candor detur. ea ī  
parteis magnitudine fabarum confracta choenicis atticē mensu-  
ra. fictili novo superflua aqua adiecti scandidi tritici quatuor sex  
tariis. prūiatimq pugillo hordei linteolo raro auribus vasis alli-  
gato coquitur: donec hordeum fractū dehiscat. deinde omnia in  
nouum craterem oris ampli transfunduntur. triticum abiicitur.  
Spuma argenti vehementer manibns affricando aqua lauitur:  
assicataq in thebaico mortario teritur affusa feruente aqua: do-  
nec dissoluatur. excolata aqua: iterum tota die teritur: & vesperū  
infusa calida aqua sinitur. mane colis excernitur. alia infunditur:  
atq ter die excolatur: id septē dieb fieri solet. postea additis ad sin-  
gulis minas spume argēti quinis salis fossilis drachmis: infusaq  
calida aqua ter hi die teritur: & addita aqua excolatur. cumq in  
albuerit: calida aqua infunditur: dum nullam prorsus falso dinez  
resipiat. demum ardentissimo sole siccata electo prius humore re-  
condit. Sin minus: mina spume argyritidis diligenter teritur  
addito sale fossili trito triplicato pondere in fictile nouum coniici-  
tur. aqua infunditur ita: ut superemineat. mouetur cotidie mac-

ne & vespere: aquaq; superinfunditur: priore nequaq; effusa. hoc  
fit triginta diebus. namq; nisi moueat: crassescit usq; in duricie  
testa. post hec effusa leniter mutia in thebaico mortario spuma  
argenti teritur: coniectaq; in fistile aquam continens maubus di-  
ligenter agitatur: mutata subinde aqua donec nullum falso dini-  
sindicum prebeat. deinde quod ex argenti spuma candidum ap-  
paret: in vas aliud transferitur: & redactum in pastillos plumbea  
pyxide conditur. Alii spumam argenti in fabarum magnitu-  
dines costrastam in ventre suillo crudo ex aqua coquunt: dum vi-  
scus eliquescat: exemptamq; cum sale pari terunt: & ut supra dis-  
cutum est larant. Sunt qui salis libram viam & spumam argenti tan-  
tudem in sole terant aqua continue mutata: dum candor eides-  
tur. Alia ratio. sumito quantamvis argenti spumam: vbi lana ca-  
dida inuolueris fistili novo indita aqua: cum pugillo fabarum re-  
centius repurgatariung; decoquito. cumq; fabae disrupte fuerit:  
lanaq; dealbuerit: exemptam argenti spumam & altera lana inuo-  
luta iterum coquito cyathum aque & parem fabarum modis  
adisciens. eadem tertio que supra facta in summa tantisper: duz  
lana iam non inficiatur. in super transfundens in mortarium ad sin-  
gulas salis fossici libras adiusto octogenas spume argenti dra-  
chmas atticas: & terito. intermittesq; nitri q; albissimi cuaqua  
diuisi drachmas. xlvi. indito. iterum terito: donec satis candoris  
contraxisse videatur. ita autem fundens eam ex alto in fistile oris  
ampli adiecta largiore aqua: vbi considerare desierit: colato. vicissim  
eadem prosequere: dum pura aqua durcisq; effluat: & nullam sal-  
fedinem prese ferat. postremo in fistile nouum translata in colo-  
to sensin omni humore soli quadraginta diebus sub canicule si-  
dus exponito: & siccata vtior. elota autem constat ad oculorum col-  
lyria prodesse: & ad cicatricum foeditates tollendis: ad rugosas fa-  
cies & cicatricosas. laceratasq; & macularum plenas.

De cerusa.

Cap. xciiii.

**C**erusa fit hoc modo. infuso in vrceum oris lati aut fistile la-  
bellū q; acetrinio aceto laminā plumbeam supra fistulis spir-  
culum: subiecta prius arundinea tegete: firmato. superiectisq; ve-  
laminibus: ne halitum expiret acetum: vbi resoluta fuerit: de flu-  
ensq; deciderit: humorem purum ad summa delatū colato: cra-  
famentūq; transfundito. Debet quoq; siccari in sole. mox trusatili

## De medicinali materia.

molateri: alioqui tritum cibrari. postea quod superest duri: in tenues partes redigenduz: cibrandumqz. v/cissim eadē tertio quartogz facienda. Melior que primo cibrata est: & medicamentis oculorum assumenda. Secundum locum tenet sequēs: & reliquę suo ordine. Nec desunt qui ligneam rudem in medio vase appendat: & supra craterum plumbum imponat: ita ut acetū nō contingat: in citoz operculo circūlinentes dimittunt. post dies aliquot laxato obturamento visunt. cūqz resoluta materia fuerit: reliqua vt supra diximus exequuntur. Si autem quis in pastillos velit digerere: aceto acri subacta diuiditur in pastillos: qui in sole siccatur. Aesta & tamen supradictū opus obeūdū est: ita enī candida atqz efficax redditur. Quietā hyeme paratur. vrceis supra furnos. balnea. aut fornaces impositis. ascendens enim calor: idē quod sol p̄stat. Laudatissimā fieri putat rhodi. & corinthi: aut lacedemonie. proximā puteolis. torretur hoc modo. Aggratibus igni carbonibus facti in novo maxime attico tritā ceruza imponito: & assidue versato. cūqz cinereū colorē traxit: eximēs refrigerato: & vitior. Est & aliud urens genus. Trita patinis supra prunas imponitur. & ferula cea rude mouetur: donec similis sandarace fiat: extractaqz ad usus ministratur. Quę vero ita parata est: sandyx a quibusda z dicitur. Lauatur cerusa cadmī modo. Vis ei adstringere. occludere. emolire & explore. insup excrecentia reprimere: & ad cicatricem p̄du cere. miscetur ceratis & emplastris que līparę vocatur: pastillisqz. est autem lethalis eius potus

### De Chrysocolla.

Cap. xciv.

**O**nus chrysocolla laudatissima armeniaca coloreni porri qz similii me reddens. secundum locum sibi vendicat macedonica & pximum cypria. quo in genere p̄fertur pura. Damnatur: que terfa aut calculos collegerit. Ratio lauandi hec est. tusa z infusa aqua mortario expassa manu ad pilam vehementer fricato: & statim qz considerit colato. alterani infundens aquā rursum terito. hec v/cissim prosequere: donec pura synceraqz spectetur. dein siccato in sole: & ad usus recondito. Quod si rvere volueris: ex ea terens quod satis esse videbitur: patinis supra carbōes adponito. & alia facito que supra diximus. Dos chrysocolle ad purgandas cicatrices. excrecentem carnē coercet. Adstringit. purgat. excalfacit. & modice corpus mordendo exest. inter medicamenta intelligitur;

q̄ne vomitiones concitant: & necem inferre possunt.

De armenio lapide.

Cap. xcvi.

**A**rmeniū lapis præfertur leuis. colore ceruleo. perq; æqua  
bilis. calculo catens. & friabilis. Eadem quæ chrysocolla præ  
stat: sed inefficacius. Qinetiam vsum habet ad pilos in palpebris  
alendos.

De cæruleo.

Cap. xcviij.

**Q**uæ cærulei origo ex çratii metallis in cypro: copiosius ex hare  
na littorali secundum quodam sub cauatos specus maris in  
uenitur: quod magis probatur. Eligi de bet meruiz. vritur vt chal  
citis. lanatur vt cadmia. viiiii habet reprimenterem & modice ero  
centem. crustas gignit: & exulcerat.

De indicō.

Cap. xcviij.

**I**ndici duo genera. vnū sua sponte nascitur: tanquam spu  
ma germinatione in indicis arundinibus exiens. Alterum in se  
ctorie dant officinæ. & est spuma purpurea innatās cortinis: quā  
detractam artifices siccant. Optimum existimatur: quod cærulei  
speciem p̄bet. succosuni. & lene. Inter medicamenta est: quæ velo  
citer adstringunt: & inflammations tumoresq; rumpūt. purgat  
& reprimit vlcera.

De ochra.

Cap. xcix

**O**chrā leuissimā & vehementer luteā eligere oportet: meram  
& aliena materia vacanti. non lapidosam. friabilem. natiō  
ne atticam. vritur hec: & lauatur cadmię modo. Vis eius adstrin  
gere. erodere. collectiones & tubercula dissipare. Excrescentia in  
carne reprimit cava cum cærato explet. & articulorum tofos cō  
minuit.

De cinnabari.

Cap. c.

**C**innabarinus enim in hispaniis ex lapide quodam argenteæ hare  
nx permisto temperari solet. alioqui nō dignoscitur. Fornacibus  
autem in florentissimum flagratiissimumq; colorem primitatur.  
In metallis vero strangulantem halitum eructat. Itaq; facies in  
cole vesicis obuclant: vt per illas spectent: nec respirando noxiu  
aer attrahat. Ea pictores ad sumptuosa parietū honestamēta vtū  
tur. cinnabaris q̄ ex aphrica defertur: magno cōstat. Hacten⁹ inc  
nitur: vt vix versicoloribus pictorū lincis satissociat. densū nec dī

## De medicinali materia.

**I**ntum colorem reddit. quare quidem sanguinē esse draconis exsumauerunt. Vim habet cinnabaris haematite lapillo leaniā: verū efficaciorē. Conuenit ad oculorum medicamenta. magis enim adstringit: & sanguinem cohicit. ambustis igni. & papularē eruptionibus ceraso excepta medetur.

De argento viuo. Cap. ci.

**E**rgētum viuū sit ex minio: quod ab usus cinnabarī dicitur. Patinis fictilibus imposita ferrea concha cinnabarī contiente & calice cooperata. argilla suplita carbonib⁹ succēdunt. siq⁹ dem detersa fuligo quę calici īsidet: refrigerata in argentū viuum coit. Quinetiam īuenitur in argenti fodinarum testis ſūllatim concretum. Alii p fese ī metallis īueniri traduunt. Seruatur ī vi treis. aut plumbeis. aut stagneis. aut argenteis vasis. siquidem alia materiam omnem exedit: & defluere facit. Potum vim pernicia lem habet. suo enim pondere interna exest. Remedy est lac multum ſubinde potum & vomitionib⁹ reiectum. aut vinum cū ab ſynthio. aut apū decoctum. aut ſemen ormini. aut origanū. vel hysopum cum vino. auri ſimata ſcobs id est ramentum q̄ptenuiſſimum epotum mirabilis est auxilio.

De rubrica ceu minio ſinopico. Cap. cii.

**M**inium ſinopicum maxime pbat graue. densum. ad iocineris imaginem vergens. calculorē expers. concolor. in reſolutione ſuccolum. effoditur in cappadocia ſpeluncis quibusdam: expurgatumq̄ defertur in ſinopen yrbeam: in qua vēditur. vnde cognonentum accēpit. Vim habet exiccatoriam quasi inducendo obſtruētem: & adſtrictoriam. quapropter vulnerariis emplastris & paſtillis exiccatib⁹ & adſtrictoriis commiſſeri ſolet. aliuſ ſiſit in ouo ſumptum: aut clyſtere iinfuſum. datur iocineris vītio laborantibus.

De rubrica fabrili. Cap. ciii.

**R**ubrica fabrili ad oīa ſinopide inferior est. Optima ſgyptia. & carthaginensis. lapidum expers. friabiliſ. Gignitur in iherā quę ad occidentē ſpectat ochra exiſta & degeneratē in rubricā.

De lemnīa terra. Cap. chii.

**L**emnia terra cuniculoſo ī ſpecu nata e lemino insula palustrī loco defertur. inibi electa & caprino ſanguini permixta. quam incole cogunt in paſtillos: & imagine capræ ſignant. vnde

& sphragida appellauerit. Vim antidoti habet contra perficiosa venena singularem. pota cum vino & presumpta euomi venena cogit. contra iacitus morsusq; animalium: q; exitiale viris ejaculatur: prodest. Antidotis familiaris. Sunt qui hic ad sacrificia utantur. est & dysenteriae utilis.

## De atramento sutorio.

## Cap.cv.

a Tramentum sutorii genere quidem unum & idem est inole & concretum: sed in specie differentias treis habet. Vnū nāq; humoribus stillatum in cuniculos quosdam colatis concre scit. quare ab iis qui cypria metalla perficiunt stalactis appellatur. Petesius ipsum pūnation vocat. alii stalacticon: id est stillaticū. alii pectori. ephthon. aracton. loncothon. alterum simpli ratiōe sit in speluncis. postea transfusum in excavatos scrobes concremen tum capessit: quod pectori id est concreticū proprie nominatur. Tertium dicitur coctile: & in hispania fieri solet: sed inutile ac inutilissimum esse constat. ratio parandi hec est. Aqua madefactum decoquunt. mox in piscinas transfundunt: & residere patiū tur. hoc certis diebus coalescit in complureis formulas digestus: tesserarum speciem reddentes: que racinatim inter se cohærescent. Optimum esse creditur ceruleum. graue. concretum. translucentis. cuiusmodi stillaticū est: ab aliis lonchoton nominatū. proximum concreticū. coctile vero ad Infectus & denigratioes aptius cæteris esse comptum est: sed ad medicinę usum inuali dius esse experimenta docent. Valet adstringere. calfacere. & cristas inducere. latas ventris tinea necat drachmē pondere denosatum. aut cum melle lictuz. vomitus ciet. aduersus hausta fungorum venena ex aqua potum auxiliatur. purgat caput aqua dilutū & in vellere naribus instillatum. Virtutem paulopost in mentione chalcitis ostendimus.

## De chalcite.

## Cap.cvi.

**Q**Hal citis p̄fertur similis eri. friabiliſ. nec lapidosa. nec innata. intercurlantibus oblongis venis. splendentibusq;. Huic abstensoria vis inest. excalfaciens. & crustas ulceribus obducens. purgat quæ oculis & eorumdem angulis hærent. ad ignem sacrum & ulcera quæ serpunt efficax est. sanguinem & vulnera & naribus erit pentem cū succo porri sisit. carunculam gingivis enatam. deparentia ulcera. tonsillasq; elus farina cōpescit. vista & cū melle tri-

De medicinali materia.

ta oculorum medicamentis longe utilior redditur. callum genas  
rum & scabriam absumit ab stergetq;. fistulas tollit collyrii mo-  
do in eas adacta.

De psorico.

Cap.cvi.

**P**ut ex ea medicamentū quod psoricon vocant duabus chalcī  
tis partibus cū vna cadmīe additis & ex aceto tritis. Oportet  
autem in fictili obruere simo diebus quadraginta per caniculē ar-  
dores. sic enī sit acrius. idem quod chalcitis potest. Alii pares vtri  
uscq; portiones in vino terūt. Vritur chalcitis fictili nouo viuis car-  
bonib; superposito. modus autem vstitutionis in humidiorib; est  
dum ipsa chalcitis bullas excitare desierit: & perfecte inaruerit. in  
reliquis vero dum mutata in floridum colorem fuerit: & sanguis  
neum aut miniatum colorem contraxerit. tum demūz eximenda  
est. Insidens autem spurcicia flatu expellenda. mox reponenda.  
Torretur etiamnum perflatis carbonib;: usq; dum luteo colore  
pallescatur. aut fictili subditis carentibus prunis subinde versata:  
donec conflagret: & colorem mutet.

De misy.

Cap.cviii.

**M**is y assūendum natione cyprīum. auri simile. durum. quod  
friando auri colorem imitatur: & stelle modo splendet. Vim  
habet & vstitutionem cum chalcitide eandem citra psorici composi-  
tionem excessu defectuq; differens. Aegyptiūz autem ceteris pre-  
stat. vt pote quod efficacius habeatur: sed ad ocularia medicame-  
ta multo supradicto inferius.

De melanteria.

Cap.cix.

**M**elanteria geminē est originis: quedam in faucib; cunicu-  
lorum quibus es eruitur: salis modo concrescit. Alia vero in  
summa facile supradictorum locorum coit: que terrena est. Quin  
etiam inuenitur in cīclīa & aliis quibusdam regionib; fossiliis q-  
dam. Pr̄st̄at que sulphuris colorem trahit. lēuis. pura. equabilis.  
& quæ contactu aquæ confessim nigrescit vim causticam obtinet  
mis y similem.

De sory.

Cap.cx.

**S**ory existimarent aliqui melanteriam esse aberrantes. Siquidem  
sui generis est sory: ei non absitule. verū sory virus inest  
graue & nauicā mouens. inuenitur etiam in ægypto & aliis qui-  
busdā regionib; vt libya. hispania. & cypro. Prefertur ægypti

Liber quintus.

um quodq; frianti nigrus appetet. spongiosum. suppingue. insup adstringens. & olfactu deuoratione q; magnus virus olenus: ita vestomachus in vomitiones effundatur. Quod a utem frati scintillas misyos modo non emitit: & alterius generis esse: & inualidum censemendum est. Vim & vstitutionem supradictis similem habet. dolori dentium canernis indicum medetur. labantes firmat dentes. ischiadicis ex vino infusum auxiliatur. illatum cum aqua vasros extinguit. Medicamentis amissetur: que capillos denigrat. Hec autem fere omnia q; vstitutionem experta non sunt: perustis validiora esse existimantur. pter salem & vini fecem. nitrum. calcem. & consimilia: que cruda remissiora sunt. Combusta enim viribus efficaciora redduntur.

De diphryge.

Cap. cxii.

**D**iphrygis tria genera esse creduntur. Quoddam enim metallicum est: quod in cypro sola gignitur. Intosum namq; deferratur ex luto cuiusdam inibi regionis: postea delatuz sole siccatur. inox circumpositis sarmenitivis diphryges ideo vocatus est: q; & a sole & a sarmenitivis vratur. arescat. & ferme torreatur. Alterum pfecti xeris quasi subsidens est. siquidem post frigidę aque of fusionem: vt supra retulimus: cu de flore xeris dissereremus: sublatto xere fornacum inia parte coherens id genus inuenitur & ad strictionem & gustum xeris habens. Tertium sic sit. lapidem pyriten vt calcem cremant in camino aliquot diebus: cumq; colorem rubricę contraxerit: eximientes recondunt. quidam trahunt ex sola materia lapideum xeris giguentefieris: quoties in dictis areis assata & in scrobes traslata peruratur. Tunc enim ambientem scrobis locū cōphēdit: & exemptis lapidibus æquale nihil inuenitur. Prefertur quod saporem xeris reddit. rubiginosum. adstringens. & linguam vehementer exiccans. Quod sibi exista ochra non vē dicat: que eremata diphrygis vīc venit. Vis eius adstringere. perpurgare. excrescentia consumere. vlcera serpentia & que cascoethe vocant: ad cicatricem perducere. suppurationes terebinthina anticerato exceptum discutit.

De auripigmento.

Cap. cxiii.

**A**uripigmentum in eisdē metallis. quibus sandaraca gignitur. Optimum existimatur crustolum. aureo colore micans. nulli materię pmisum. fissile. quale mystæ & hellesponto nascitur.

De medicinali materia.

Huius duo genera fluxerunt. vnum supradictū est: Alterum gla-  
dis effigie. pallidum. & colore sandaracā imitans. glebosum. ex  
ponto & cappadocia defertur. secundum locum tenet has nactum  
dotes. Torretur in testa noua viuis carbonibus subiectis: assiduo  
q̄ versatur: donec igne flagret: & mutet colorem. deinde refrige-  
ratum tritumq; reconditur. Vīm habet adstrictoriam & erodē-  
tem. crustas cum vehementi punctione excitat. reprimit quæ ex-  
crescunt: & capillos euellit.

De sandaraca. Cap. cxlii.

**S**Andaraca pbatur ruffa. & aliena materiavancans. friabilis. cīn-  
nabarīs colore. sulphuris virus redolēs. Dos eadem & usq;:  
quæ auripigmento. Explet alopecias resina excepta. scabros vng-  
ues eximit. contra phthiriasin ex acetō efficax est. tuberculā cuī  
adipe dissentit. pdest ad narium orisq; vlcera & ceteras papularū  
eruptiones cūnī rosaceo. itē cōdylomata. Datur ex multo purulē-  
ta extussentibus. suffit quoq; cū resina aduersus veterē tussim  
rapto p fistulam nidoare. vocē expedit cūnī melle delincta. suspirio-  
sis cūnī resina in catapotio optime datur.

De aluminē. Cap. cxliii.

**O**mne aluminis genus fere in ægypto & eisdem metallis inue-  
nitur. est enim scissile quoddam quasi flos sudorve electricius  
terre. Gignitur & in aliis quibusdam locis. in melo. in macedo-  
nia. in liparis. sardonia. hierapolī phrygię. aphrica. armenia. & ple-  
risq; aliis regionibus rubrice modo. Plurimæ eius species: verū  
ad medendi usum scissile. rotundum & liquidū expetuntur. Op-  
timū est scissile. p̄sertim recens. candidissimum. gustu perq; ad  
stringēs. calculorū expers nec glebulose aut assulose cōpactū: sed  
sigillatim in capillamenta quædā canescētia dehiscens. Quale est  
quod trichitis quasi capillare nominatur in ægypto natum. Repe-  
rtitur quoq; lapis huic alumini persimilis: qui gustu iudicio digno-  
scitur: q; non adstringat. Damnatur in rotundi genere quod ma-  
nu confictum est: sest ex figura deprehenditur. aliumendum autē  
suapte natura rotundum. bullis turgens. albo pprius. atq; validi-  
us adstringens. præterea nonnihil palloris cum quadam pīngue-  
dine p̄ se ferens. sine harenis. friabile. natione ægyptiū. ant ex  
insula nelo. Liquidi pbatio: vt sit limpidum. lacteum. æquale. &  
semper succo madens. sine lapidibus. atq; quendam caloris igni-

culum expirans. Vim habent excalfaciendi. stringendi. sanandi.  
& expurgandi: quæ caliginem pupillis oculorum offendunt. genera carnem ceteraque excrecentias extenuant. Scissile rotundo effigie caciis intelligitur. Vri & torrei chalcitidis modo debent. Putrescentia vlera compescunt. sanguinis fluctiones inhibitent. gingivæ humore prægnantes comprimitur. motus dentium cum aetate & nielle firmant. profundunt cum melle vleribus oris. eruptionibus papularum. & fluctuibus aurium cum sanguinalis herbe succo. lepris conueniunt cum brassice foliis aut melle cocta. item præritui & vngulam scabriosis. pterigiosis & pernionibus aspersa cum aqua. valent cum acetato. feco & galla. pari potere cremata ad phagedenas vlerum. & cum salis diuibus partibus ad vitia quæ passunt furfures cum eruo & pice illita abstergent. ad lentes. pediculos. ambusta cum aqua illita auxilio sunt. contra tumores & graue alas. inguinumque virus illiniuntur. Ex melo autem adiectum in ulti bus patet ne concipient: ante costum ori vulnus inditum. partus quoque extrahit. gingivis si caro excreuit. vire. ac tonsillis. accōmodantur. auribus & verendis cum melle illinuntur.

## De sulphure. Cap. cxv.

**S**ulphur optimum existimatur viuum: quod apyron vocant. Unitedule modo splendidum. perlucens. minime lapidosum. Probatur in genere sulphuris ignem non experti: quod viret: ac prepingue spectatur. Plurimum in melo & lipara gignitur. supra dictum sulphur calfacit. discutit. & celeriter concoquit. Prodest tussibus. suspiciose. purulenta extussientibus in ouo sumptu aut suffitum. pter ea partus vsti nidore extrahit. lichenas. scabros vngues cum resina terebinthina mistum aufert. Cum aceto autem illitum ad lepras efficax est. vitiliges tollit. scorpionis istibus ad dita resina medetur. cum aceto vero draconis marini scorponisque plaga sanat. pruritus toto corpore erumpentes cum nitro de tersum sedat. reglum in orbum emendat in parsum fröti cochlearis mensura aut in sorbili ouo sumptu. Facit ad grauedinem & de fistulatioes. sudores quoque cōpersum inhabet. podagrificis cum aqua & nitro illitum conducit. grauitatem auditus suffiti nidore raptim per fistulam hausto sanat. lethargicos suffitu excitat. erumpentes unde cunctæ sanguinem sisit. fractis auribus cum vino & myrra illitum medetur.

De medicinali materia.

De pumice. Cap. cxvi.

**P**Umicis pbatio vt magnope leuis. sp̄giosus. teri facilis . nec  
harenosus.item fragilis & candidus. Crematur flagrantissi-  
mis carbonibus obrutus:& vbi canduerint: extract⁹ vino restrin-  
guitur odorato: iterumq; incensus extinguitur. & tertia vſione  
exemptus & p se refrigeratus ad vſus condit⁹. Vis eius adstrin-  
gerc. gingivias abſtergere. purgat cum calfactione: quę caligines  
pupillis offundunt. explet vlecca & ad cicatricem pducit. excreſ-  
centia cohivet. Fit ex farina eius dentifricium. corpori crustam  
obducit. auellendis capillis aptus. theophrastus author est: si quis  
quam in bullientem vrceum vni pumicem iniecerit: feruorem  
statim sedari.

De sale. Cap. cxvi.

Alſoſſilis efficacior est: communiter ſi eſt candidus. cal-  
culis vacans & perſpicuus. denſus. & equali compage. Pecu-  
liariter aminoniacum genere laudatur: ſi modo findi faci-  
le poſſit: rectisq; ſegmentis diduci. In marino ſale eligendus eſt  
candidus. & equalis. probatissimus in cypro ſit & ſalamine cypri. &  
megaris in ſicilia & aphrica. Sed inter dicta ſalis genera lacuſtris p-  
fertur: ſed multo validiſſimus eſt phrygius nomine tapeus aut tri-  
taeus aut gantaeus. Salis naturaliſ in commune p quam utlis eſt. Ad  
ſtringit. abſterget. expurgat. diſſipat. reprimit. extenuat. & crufas  
induſt. Sed hoc inter eſt: q; abuſus alio ſit preſtantior. quin & a pu-  
tredine vindicat. animisctetur medicamentis ploras abſtentis-  
bus. excreſcentia in oculis reprimit. & pterygia conſumit. ceteras  
q; carnis extuberationes tollit. clyſteribus infunditur. diſcutit laſ-  
ſitudines ex oleo illitus. contra hydropicorum tumores auxiliatur.  
dolores in ſaccis fotu mitigat. & pruritus ſedat ex oleo & aceto in-  
frictus: donec ad ignem ſudent. item lichenas. lepras. pſorataq;  
anginam ex melle aceto & oleo illitus leuat. tonsilliſ vuxeq; cum  
melle toſtus vleceribus in ore manantibus. gingivis quas humor  
vexat. & phagedenis vlecerum cum polenta crematus illinitur. ad  
uerſus ſcorpionum iſcus cum lini ſeminis. contra ſerpentum mor-  
ſus cum origano. uelle. hyſſopo. aduersus ceraſellum cum pice aut  
cedria aut melle auxiliatur. contra ſcolopendram morſus cum melle  
& aceto. aduersus vefpatum iſcus & crabrones albi dasq; capitis  
puſtulas. thymos. & tubercula cum ſeuo vitulino. furūculos cum  
vua paſſa. aut ſuillo adipe. aut melle diſcutit. testium tumores cum

Liber quintus.

origano & fermento maturius concoquit. c. to codilorum mortibus auxiliatur tritus in linteolo & intinctus aceto: ita ut vinculis loca constringantur. pdest ad bestiarum mortus. fugillationes in facie ex melle. contra haustum opium & fungos cum aceto multo bibitur. luxatis imponitur cum farina & melle. ambustis igni cum oleo impositus. pustulas erumpere non patitur. podagricis stidem imponitur: & aurum doloribus cum aceto. ignes sacros & vlcera que serpunt cum aceto aut hyssopo illis fistis. vritur fistis diligenter opertus coditusque prunis: vscandum effervescat. aliqui fossilem subacto polline obliniunt: & carbonibus subiiciunt: vscandum pollen exuratur. solet & sal communis eodem modo vri: sed aqua semel abluitur. & siccatus in ollam coopertam mittitur sub dito igne: moueturque donec iam non exiliat.

De spuma salis. Ca. cxviii.

**D** Aloë achne spumosa salis ramentum in exilibus petris inuenitum: cui vis eadem que sali.

De muria. Cap. cxix.

**M** Vria effectus salis probet: abstergitque. Dysentericis infunditur: etiam si nome intestina corripit. i. schiadicis veteribus ad fort aquæ marinæ usum prestat.

De flore salis. Cap. cxx.

**S** Los salis flumine nilo defluit: lacubus tameu quibusdam innat. Assimendus qui crocei coloris est. odore ingrato ceni gari. interdum longe magis virus olet. gustuque mordaci. & pinguis lentus. Fucatus autem rubrica aut scrupulosus improbat. Præterea syncærus non nisi oleo resolutur. Adulteratus nonnulla ex parte etiam aqua diluente factiun colormap. Ad vlcera que cacoethe vocantur. & phagedenas. genitium nomas. & purulentas aureis efficax est. oculorum hebetudines. cicatrices. albuginesque tollit. Emplastris vnguentisque coloris causa ut rosaceo miscetur. Sudorem cit aluum turbat in vino aut aqua sumptus. stomachum male habet. Additum acopis & smegmatis: que albandi capilli gratia componuntur. Et in ynfusum acris est & feruentis naturę vt sal.

De nitro. Ca. cxxi.

**R** æfertur nitrum leue. roseo colore. aut candido in foramina dehiscens: pinde quasi spongiosum quiddam. Quale ex illystii

fico affertur a buniōe ciuitate. Humores trāffert: q̄ alicubi cōcre  
uerunt. De spuma nitri. Cap. cxxii.

**S**puma nitri optima esse putatur leuissima. glebosa. fria bilis.  
colore pene purpureo. aut spumosa. & mordēs: qualis ex phī  
ladelphia lydile desertur. Secunda est egyptia. quin & in magnesia  
carīe gignitur. vim & vſtione salis habet taz nitrū q̄ spuma eius.  
Præterea nitrum tornisna sedat. si tritum cuz cumino bibatur in  
hydromelite aut sapa. aut aliquibus que inflationes discutere pos  
sunt: vt ruta vel anetho. febribus circuitu redeutib⁹ illinitur at  
te suspectam accessionem. Misceatur emplastris: que extrahunt.  
& discutiunt. extenuant. & lepras abstergit. cum aqua autē calida  
aut vino infusa inflationes. purulentas aureis. & sonitus earundē  
sanat. sordes expurgat cum aceto in stillata. canum morsibus ex  
albinō adipe aut suillo medetur. resinq̄ ad mista furunculos apes  
rit. aque inter cutem cum fico illinitur: opisthotonisq̄ iam remis  
soribus & luxatis cum cerato. In resolutione lingue panī cōmo  
de pmisceatur. Aliqui supradicta carbonibus vrunt subiecta prius  
testa noua: donec incandescant.

Defæce.

Cap. cxxiii.

**E**ligēda ē fæx maxime a vino vetere italico. sin minus ab alio  
consimili. Fæx aceti virib⁹ longe acrīor est. crematur vt al  
cyonium autē diligenter siccata. Sunt qui noua testa igni largo.  
vrant. vsc⁹ dum penitus incandescat. Alii vivis carbonibus fæcis  
glebā obruunt: & idem opus prosequuntur. experimentū est legitī  
mæ vſtioneis: vt aerio nitorē inalbescat: linguaq̄ taſtu vre re videa  
tur. eadē vrendæ fæcis aceti ratio. vis ei supra modum vrens & ab  
stergens. vlcera ad cicatricēs perducit. Vchemēter exest: siccator⁹.  
Sed recenti vtēduz est: quoniā celeriter exanimatur aperta & nul  
lo vase condita. lauantur vt pompholyx: que vſtionei experta nō  
est. tumores & per seſe & cū myrthro cohībet. ventris stomachiq̄  
flunctiones illata ſiſtit. muliebre pſlunūm imo ventri aut genitali  
bus imposta mitigat. panos diſcutit nōduz exulceratos & tuber  
cula. turgentēs māmmas ſuicq̄ lactis impatiētes cum aceto pun  
cta extinguit. cum resina vero ambusta & ſcabros vngues aufert.  
Addito lentisco olco illata nocte tota ruffat capillum. Elota ocu  
lorum medicamentis vt ſpodiōs adiicitur. cicatrices & eorum ca  
ligines eadem abſtergit.

## De calce: Cap. cxxviii.

**A**lx hoc modo fit. marinoꝝ buccinoꝝ testas igni cōditio: aut feruenti clibano nocte demissitio: postera die si candidissima fuerit: extrahito. sii aliter: iterꝝ vrito: vſq; dum vehementer in aliis bnerit. dein ubi in aquam frigidā immersa fuerit: in frigile nouum cōiicito: & exacte pānis operiens noctem vñā cōquescere sinito. mane eam extrahens si ad intentum finem pductā est: recondito. sit & e glebis lapidinū crematis: necnon e vlli marmore: que certis pſertur. Vis omni calcis in commune ignea. mordens. adūres. & crustas indincens. quibusdam alis immitia ut adipi. oleo. cōco quendi vlm assumit & dissipat. vlcera ad cicatricem pducta. Efficacior existimatur recens nec aspersa aquis.

## De gypso. Cap. cxxv.

**G**yphsum vim habet adstringendi. obstruendi. sanguinis erupções sudoresq; cohabet. sed potum strangulat quoddam suffocationis modo.

## De sarmienticio cinere. Cap. cxxvi.

**S**armientoꝝ cīnis vrendi vim habet. Cum axungia autem vel aceto illitus fractis nervis. articulorum collisionibus. & nervorum nodis pdest. cum nitro & aceto excrescentias carnis in scroto reprimit. serpentium canumq; mortibus illitus exaceto medetur. crustas obdimentibus medicamentis ammisctetur. Fit ex eo lixiūsum contra precipitationes & fungorum venena cum acetato sale & inelle.

## De alcyonio. Cap. cxxvii.

**A**lcyonii quinq; esse genera comptum est. ynum enim spissum. acerbi saporis. spongiosa facie. item terti odoris. ponderosum. & pīscem olens. quod plerūq; in littoribus innenitur. Alterum pinnulæ oculorum aut spongæ simile. fistulosum. & leue. odorem algæ referens. Tertium vermiculi forma. & colore. magis purpureum. quod milesium vocant. Quartum succidis velleribus non dissimile. spongiosum. leue. Quintum figura fungi. sine odore. aspernum. parte interna quodammodo punicosum. foris leue. acre. quod plurimum in propontide iuxta insulam lesbos con appellata gignitur. patrio nomine halos achnen vocant. Duo priora in fœminas smegmata assumentur. cōtra lentigines. lepras. vitiliges. nigricias. & maculas in facie reliquoꝝ corpore.

De medicinali materia.

Tertium iis qui difficultate vexatur. aut harenulas in vesica colligunt: idoneum est. item renibus affectis. aqua inter citem. lenti. vatum autem ex vino illitum alopecias replet. postremum dealbam dentibus aptum est. in alia abstensione. psilothragz affluitur cum sale mistum. Si quisquam alcyonium cremare velit: in crudum fistule mittat: & oblines vasis spiraculum luto ita fornaci mandet: & cum figlinum percoquetur: extrahens ad usus recondat. Lauatur ut cadmia.

De adarche. Cap. cxxviii.

**A** It in cappadocia quod adarche appellatur. Est autem concreta salislago humidis & palustribus locis siccitate emerges & harundinibus ac herbis agglutinata. colore fiori lapidis alias tali simili & omni forma molli alcyonio & aliquantum cauo proxima: tanquam lacustre alcyonium esset. ad euellendas lepras. lentigines. lichenas. & vicia cutis in facie accommodatur. Et in summa vis ei acris. Humorem enocat qui in aliqua parte concrevit: & ischiadicis prodest.

De spongiosis. Cap. cxxix.

**S**pongios alias mares appellantur. tenui fistula. spissas: quae duriores tragos nominantur. Femeninas autem que contrarias dotes habent. videntur esse ut alcyonium. Recentes sine pinxitudine vulnerarie sunt: & tumores reprimunt. recentia vulnera ex aqua poscave conglutinant. Veteres siims ex decocto melle sanguit. vetustae autem inutiles. aride & ligate lino si penicilli modo adigantur: occlusa ulceram callosqz laxant. Recentes & vacue sensilia ulceram: & que fluctione laborant: aut cuniculatum excedunt: impositu siccant. sanguinis plenum sunt. crematarum cinis ex aceto aride lippitudini auxiliatur. & ubi quid abstergere aut ad stringere opus est. utilius. in oculorum medicamentis lauare cinerem. Omnimam cinis cum pice crematarum profluentem sanguinem sinit. Candidae cura sunt: e molissimis recentes per aestus tincte salis spinosa: que petris coheret. insolantur innesc: hoc est parte cana sursum spectate: & qua adhesere deorsum. Si vero aestu serenitate ad lunam sternantur: perfuse salis spuma aut maris aqua maximum candorem referent.

De corallio. Cap. cxxx.

937

## Liber quintus.

**C**orallium quod aliqui lithodendron appellant: marinum esse fruticem constat. qui smo extractus duratur statim: atq; emergit: tanq; offuso aere. pinnus concrescat. Plurimum iuuenitur syracusis in montorio: cui pachyno nomine est. Laudatissimum rubens. colore hastula regie aut sandycis meri: nec secus terenti facile cedens equabili usquequaq; concremento. rursus alge aut fuci marinii odore. framosissimum. cinnamonomi annulunt. forma fruticis. Quod autem in lapidis duriciam coit: scrupulosum. iuane. & lacunosum: vistiosum existimat. Adstringit: & medios criter refrigerat. excrescentia coercet. oculorum cicatrices abspergit. ulcerum cau. Cicatrices explet. contra sanguinis refectiones magnopere efficax est. vrinę difficultati auxiliatur. quin & potum ex aqua liuenii absumit.

De antipathe Cap. cxxx.

**V**od antipathes vocant: corallium esse arbitrantur specie tam distans. Est autem colore nigro. arboris figura. ramosum magis. Vires supradicti habet.

De phrygio lapide. Cap. xxxii.

**P**hyrgius lapis quo infectores in phrygia vtūtūr. a qua nomine accepit. Nascitur in cappadocia. Optimus habetur pallidus. modice grauis. iuxequali compage corporis. intercedentibus aliis segmentis ut in cadnua. Virtutur autem vino optimo perfusus: viuisq; carbonibus obrutus perflatur assidue follibus: donec mutato colore rufescat. rursus eodem vino restinguatur. hoc iterum & tertio faciendum. Attendendum tamen: ne minutum confringatur: & in fuliginem evanescat. Vis crudo vstoq; adstrictoria. expurgans. ulceribus crustas quadam tenus inducit. ambustis cum cærato medetur. Lauatur ut cadnua.

De asio lapide. Cap. cxxxiii.

**A**sius lapis assimi debet pumicosus. leuis. fungosus. item friabilis scissiles venas melini coloris ad simili actas habens. Eius flos salsa subflava est summo lapide in sedes. compage tenui. colore in aliquib; albo. in aliis pumici simili adluteu vergente. adnot Linguę aliquatū mordet. Vim habet vterq; adstrictoria & modice erodente. ammisq; liquidi pici. aut terebinthine. tubercula discutit. Iōge validior flos existimat. ceterq; siccata flos vetera ulcera & cicatrici repugnātia sanat. excrescentia cohabet. tetra. ulcera & fugis

De medicinali materia.

similia cū melle expurgat. Ulcerū caua explet. de paſcentiaq; cū ce-  
rato ſiſtit. Fit cataplaſma ex eo podagrī mifto ſabē lomento & lie-  
noſis ex aceto & calce. pdeſt phthiſiſis linctu. podagrī ſumantur  
pedib; in ſolio ex eo lapide excauato in ditiſ. Fluſt quoq; loculi: q  
corpora erodūt: & luxuriātē carnē. & corporū crassitē abſumūt  
vice nitri in balneo. Si lauare iſbet: cadmię modo lauatur.

De pyrite lapide Cap.cxxxiii.

**P**yrītes lapidis gen; eſt: a quo æs extrahitur. Eligi debet cr̄is  
ſimilitudine facile ſcintilas edēs. Vritur ſic. melle irrigatus  
mollī pruna continuo flatur follībus: donec ruffescat. Alii in car-  
bones igni candentes lapidem melle perfunſum deitſit: & vbi ad  
fuluū colorē vergere ceperit: extraſunt. efflatoq; cinere. rursus  
madefactū cremat: donec e quaibil te noſe aſſiccatus friabilis red-  
datur. ſiquidē ſepe facies ſumma ſolū vritur. ita crematus ſiccatus  
q; reconditur. Si eloto opus iſt: lauari debet vt cadmia. Tā crudicq;  
vſti viſ eſt excalfacere. a bſtergere. offuſam oculis caliginē expur-  
gare. duricias concoquere: & cōcoſtas diſcutere. resina exceptus  
excreſcentiā carue cohabet: ſed calorē quēdam & adſtrictionem  
parit. ita vſtum nonnulli diphryges appellant.

De Hēmatite lapide. Cap.cxxxv.

**H**ēmatites optimius habetur friabilis. puro colore niger. du-  
rus in ſe & equalis. nulla ſorde amuta. nulloq; zonaꝝ diſcur-  
ſu. Vim habet adiſtingentem & excalfactoriam aliquantū. Oci-  
lorum cicatrices & ſcabriſiam cum melle purgat. Cum lacte autē  
muliebri lippiſtudini. collisionibus. & oculis cruore ſuffoſiſ con-  
uenit. bſbitur contra diſſicultatem vniue & fluctiones mulietum  
in vino: & ab iis qui ſanguinem reiecerunt cum ſucco punici ma-  
li. Fiunt ex eo cotes & collyria oculorū vitiis apta. Vritur vt phri-  
gius vino tantum ſubtractio. modus vſtioniſ eſt: vt niodice lenis fi-  
at: & bullis quib; diſtincti ſinturgeſcat. Sunt qui hēmatite ita adulte-  
rant. densam glebam rotundamq; ſchisti lapidis cuiuſmodi ſunt  
quiꝝ radices vocantur. vase ſiglini operis: quod feruentem cine-  
rem contineat: condunt. paucaq; interiecta inora eximiunt: expe-  
riunturq; ſi trita ad cotem hēmatite colorem reddat. q; ſi ita reſ-  
fe habet: reponūt. ſin minus: iterum obruūt. & ſubinde cōſpicien-  
tes periculū faciunt. ſiquidē in cinere diu diſmissus colore mutato  
diſſipatur: coarguitur male confiſtus ſeffilibus venis. quippe in

rectos venas & discursus refringitur: & longe secus in colore habet.  
nigra floridū reddit. Hæmatites vero sanguineus atq; cinnabarini  
imitantur. inuenitur in sinopico minio. Fit & e magnete lapide ve  
hemeter abusto. in egypto sponte nature cū metallis nascitur.

De schisto lapide. Cap. cxxxvi.

s Chistos lapis in iberia hispanie cōtermina gignitur. Proba  
tur maxime: q̄ croci colorē emulatur. friabilis. suapte na  
tura fissilis. concremēto & serie cohærentiū venas ammoniacō sa  
li similis. Vim exhibet hæmatite: sed ad omnia infirmiorē. Quin  
caua replet innigeri lacte p̄stis. ad p̄cidentia. rupta. item genarē  
crassitē & vuas oculo & magnopere efficax est.

De gagate lapide. Cap. cxxxvii.

**I**N gagatarum lapidum genere p̄ferendus qui celeriter accen  
ditur: & odorem bituminis reddit. niger est communis expar  
te. squalidus. crustosus. perq; leuis. Vis ei molliendi & discussio  
ni. depræhendit soticum morbū suffitius. Recreatq; vulnæ stran  
gulationes. fugat serpentes nidore. podagrī medicaminibus  
& acopis additur. In cilicia nasci solet: qua influens annis in mias  
te effunditur proxime oppidum: quod plagiopolis dicitur. Vo  
catur autem & locus & annis gagas: in culis saucibus si lapides  
inueniuntur.

De lapide thracia. Cap. cxxxviii.

**L**Apis thracias ductus nascitur in flumine quoda; scythice. cui  
ponto nomē est. Vis ei gagatæ. Traditur aqua accēdi: & oleo  
restingu. quod in bitumine accidit.

De magnetē lapide. Cap. cxxxix.

**M**Agnes lapis optimus est: qui ferrum facile trahit. colore ad  
ceruleum vergente nec ad modum grauiſ. Datur cum aqua  
multa trium obolorū pondere: vt crassos humores eliciat. Sunt q  
magnetē crematum p̄ hæmatite vendant.

De arabo lapide. Cap. cxl.

**E**Rabus lapis elephanti macule similis. Is tritus illitu hæmor  
hoidas exiccat. cius cinis dentifricio optimus.

De galactite. Cap. cxli.

g Alactites appellatur: q̄ lacuum reddat.. cineres tamen est  
coloris ac gustū dulcis. ad oculorum fluctiones conuenien  
ter illinitur. oportet autem in aqua tritum pyxide plumbea res

De medicinali materia.

condere propter vim glutinis: quod obharet.

De melitite. Cap.cxlvi.

**M** Elitites omnia galactite similis.hoc tatum interest: qd dulcis  
rem succum remittit. Eiusdem vt galactites effectus.

De morochtho lapide. Cap.cxlvi.

**M** Orochthus lapis: quem aliqui galaxiam aut leucographida  
vocauerunt: in regypto nascitur: quo vt pote molli & facile li-  
quescente linteones dealbandis vestibus vtuntur. Spiracula cor-  
poris obstruere videtur: cōuenientis illis qui sanguinem expūnt. coe-  
liacs. & vesicę doloribus cū aqua potus. Itidem fluctibus vul-  
ug impositus velleri. in oculis collitiis miscetur. Explet  
enim caua: atq delachrymationes sistit. idē cērato exceptus vle-  
ra q flunt in teneris partibus corporis: ad cicatricē pducit.

De alabastrite lapide. Cap.cxlvi.

**A** Labastrites vocat onyx creinatus resina aut pice a sumpta  
duricias discutit. Stomachī dolores cum cērato leuat. gingi-  
vas comprimit.

De thyite lapillo. Cap.cxlvi.

**A** Pis nomine thyites in æthiopia gignit. subuīridi colore  
hyaspidem imitatus. liquefens tamen lacteū succum reddit.  
